



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Pavli Laymann è Societate I: Theologiae Moralis
Compendiv[m] absolutissimum et in quinq[ue] libros
partitum**

Laymann, Paul

Moguntiae

Lib. IV. De virtute & statu religionis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40716

peti solent, si sint, qui eos dari possit; aliàs non : Si quis in presentia iudicis appellare non possit concessum est, appellare coram Notario & viris honestis.

Tempus totum exercendæ & finiendæ appellationis annus est : sin impedimentum incidet biennium, inter quod tempus appellans curare debet, vt causa apud iudicem appellationis terminetur; alioquin sententia prioris Iudicis transibit in rem iudicatam si appellatio fuit iudicialis.

Iniuste appellans ad expensas litis & alia damna aduersario illata obligatur resarcienda.

Iudex suspectus canonico iure recusari potest ac peti, vt arbitri partium consensu statuatur.

NB. Appellationis similis est querela simplex, quæ ad superiorem defertur ob denegatam instantiam modo causa cœpta non sit, si cœpta locus erit appellationi.

NB. Regularibus denegatur appellatio (nisi manifestum sit eos à Prælatiis grauari) ne eius prætextu à Prælatorum suorum obedientia subducantur.

TITVLVS QVARTVS.

De Virtute & statu Religionis.

NB. Religio sic dicta est, quia nos Deo vinculo pietatis adstringit ac religat de eo, vt supremo omnium Domino cultum & obsequia nostra deferamus.

NB. Religio non est virtus theologica, quia ille directè versantur circa Deum, vt obiectum, quid in credendo, sperando, amando; sed religio versatur circa exhibitionem cultus diuini adeoque hominis

Vu 3 actionem,

actionem, per quam diuinæ excellentiæ contestatio fit. Indirecte autem religio per actionem suam attingit Deum tanquam actionis, siue vt obiectum eius. Quare in honorem Dei sacrificamus, vouemus, ieiunamus.

TRACTATUS PRIMVS.

De oratione & horis Canonicis.

CAP. I.

De Oratione vniuersim.

1 **O** Ratio est actus elicitus ab intellectu supposito actu mouentis. Et S. Greg. Oratio est cōuersatio sermocinatioq; cum Deo. NB. Licet affectus orandi seu per orationem submittendi se Deo, eiusque excellentiam supremam protestandi actus elicitus sit à Religionis virtute; ipsa tamen oratio est actus imperatus. Nam sicut religio in voluntate est aliarum inferiorum potentiarum actus in Dei cultum & reuerentiam ordinat⁹, ita etiã actus elicitus ab intellectu puta orationes & gratiarum actiones.

Quod sit oratio consideratur in genere morali, humilis à Deo tanquam fonte omnis boni petitio, sic est actus elicitus à virtute religionis.

2 Oratio ad Deum homini viatori necessaria est, necessitate mediæ ad salutem; ratio: quia & rerum naturis, & suauis prouidentiae Dei rationalium creaturarum cooperationem exigentis cōgruit, vt postquam homines Deum authorem & infirmitatis suæ adiutorem agnouerunt eius necessarium auxilium quærant & petant iuxta, Christi Luc. 11, *Petite & dabitur vobis.* NB. O

NB. Oratio est actio rationis practicæ, nam desiderium nostrum non pandimus coram Deo, vt cognoscat, sed vt moueatur ad rem quã cupimus præstandam. Hinc duobus modis desideria rerum, quas cupimus ad effectum deducimus, si in potestate nostra sunt per imperium, v. c. fiat hoc, fiat hoc; & si in aliena potestate per petitionem: Rogo vt fiat.

Tempora, quibus præceptum per se, obligat, determinari non possunt, necesse est tamen, vt propter continua pericula tentationum non nimis diu desistamus ab oratione: iuxta Luc. 18. *Oportet semper orare & non deficere.* Per accidens autem, siue ob occurrentem aliquem euentum plures orandi obligationes ex charitate numerantur. 1. si grauis tentatio superanda. 2. si eximium beneficium à Deo petendum ad salutem necessarium. 3. mortis periculũ. 4. si communitas in magno periculo.

Peccatores bene grare possunt & orando impetrare, possibilis conditio vt pro se petat necessaria ad salutem piẽ & perseueranter.

Animæ in purgatorio Deum orant non tantum pro se, sed etiam pro aliis, quia agnoscunt miseriam suam, & sunt in spe liberationis: Etiam cognoscunt miserias nostras in genere, Deoque gratæ; Quid obstat quominus orarent pro se & pro nobis? Et constat Ierte. n. 15. Ieremiam defunctum orasse.

Sanctos in cælo, ipsumq; Christũ qua homo pro nobis orare certũ est Tob. 12. Zach. 1. Ratio, quia angeli & sancti nostras miserias cognoscunt, & charitate nobis cõiuncti sunt. Hinc sanctorũ patrociniũ fideles rectè inuocant: sic Iacob angeli opem implorauit. Gen. 48. NB Nos sanctos inuocamus nõ vt auctores donorũ, sed intercessores. Quod Christus vt homo pro nobis oret patet Ioh. 14. Ego orabo patrem.

7 Pro animabus in purgatorio & omnibus hominibus Deum rectè oramus: Probamus ex 2. Maccab. c. 12. & tenemur, quia necessitas est grauis: post. probatur 1. Timoth. 2. Obsecro vos primum omnium fieri obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus.

8 Quæ bona hominis absolutè sunt, ea sicut desiderari, ita absolutè peti possunt; quia nempe indifferentia; At diuitiæ, honores, &c. ea sub conditione solum, si scilicet nobis ad salutem expediant: probatur, quia talia bona hominis sunt absolutè v. c. sanitas, artes, victus necessarius: sunt enim naturales perfectiones hominis, ergo appetenda & sic etiam petenda.

NB. Licitum est interdum ob bonum finem petere temporalia mala v. c. mortem corporis; ratio; quia licet hæc sint mala hominis secundum naturam, ideoque ea ratione non appetibilia; tamen quatenus conducunt ad salutem sunt indifferentia, ideo peti possunt saltem sub conditione. Quod diuitias, &c. possumus petere sub conditione, patet, quia pro intentione finis boni cohonestatur, ergo sunt materia rectæ orationis. Quod non nisi sub conditione ideo est, quia supposita hominis imbecillitate talia bona ita comparata sunt, vt sæpius ad perniciem, quam ad salutem inferuiunt.

9 Rem malam seu auxilium ad peccandum à Deo petere est peccatum mortale, etiam venialiter malè, si ad finem malum referas; Rem verò indifferentem absq; vltiore honesto fine petere v. c. lucrum & ludo potest esse veniale.

10 Oratio infallibilem ex Christi promissione Matt. 21. vim habet, modò adsint cōditiones requisitæ. i. v. petar

perantur necessaria ad salutem 2. vt sit oratio pia. 3. vt oratio sit pro se ipso. Etiam pro alijs iuxta Iacob. c. 5. 4. perseveranter iuxta Luc. 18. quæ conditio maximè necessaria est peccatori ad conuersionem implorandam adiuuante diuina gratia. Et si enim opera bona peccatorum de condigno nihil promereantur, tamen vilia sunt per modum impetrationis.

NB. Etiam potest obtineri à Deo per assiduas preces donum perseverantiæ. Nam Deus secundum propositum gratiæ voluntatis suæ prædestinavit homines ad gloriam æternam obtinendam per media quæ sunt preces & alia opera bona ex auxilio diuinæ gratiæ facta.

C A P. II.

De horis canonicis quæ & quot sunt.

Ratio alia est priuata (cuiusque) & alia publica, quæ nomine totius Ecclesiæ à ministris eius funditur. Litanix & officium B. Virginis sunt publicæ preces, quando ab Ecclesiasticis funduntur, priuata si à priuatis.

Canonicæ horæ publicæ dicuntur horis diurnis & nocturnis ex sacrorum Canonum decreto ab Ecclesiasticis personis nomine Ecclesiæ persoluedæ. Quia præcipuum ac maximè proprium clericorum officium est diuinis precibus apud Deum Ecclesiæ nomine insistere.

Consuetudo horarum à tempore Apostolorum ad nos peruenit, vt videre apud Lucianum in Philopatro, Clementem Rom. Iustinum.

Ecclesiasticum officium diuiditur in diurnum & nocturnum. Diurni officij multis olim Ecclesijs 7. partes laudibus separata à matutinis, seu horæ stin-

Vu 5 gue.

guebantur secundum morem Romanum] sex tantum ut proinde totius officij 7. horæ censeantur iuxta versum.

*Hac sunt, septenis propter quæ psallimus horis
Matutina ligat Christum, qui crimina purgat,
Prima replet sputis: causam dat tertia mortis
Sexta cruci neclit, latus & nona bipartit
Vespera deponit, tumulo completa reponit.*

C A P. III.

In quam diei vel noctis partem singula hora propriè cadant.

- 1 **D**ies accipitur ut naturalis pro ut horis, vel artificialis pro ut horis.
- 2 Dies naturalis si in quatuor partes secetur, quatuor emergunt præcipua tempora Matutinum, Meridianum siue propriè diurnum, Vespertinum & nocturnum.
- 3 Officij propriè diurni tres sunt partes. Tertia, Sexta & Nona.
- 4 Orationis hora sacra incipit post expletam profanam V. C. hora sacra tertia post exactam tertiam diei artificialis.
- 5 Nox artificialis in partes diuiditur, quæ vigiliæ diei solent.
- 6 Officium matutinum duas partes in se complectitur laudes & horam primam, illi pro portione respondet officium vespertinum duas partes continens vesperam & completorium.
- 7 Consultum est in priuatæ officij recitatione publici chori tempora obseruare, quamuis nihil etiam obster,

obstet, quominus aliquis primæ uæ institutioni conformare se possit.

NB. Horas matutinas licet anticipare hora quartæ die: Ratio, quia solemnitas diei sequentis à vespere incipit, ideo merito vsus obtinuit. In hyeme etiam ante horam quartam; in nostris septentrionalibus partibus licet anticipare ita vt ante accensam lucem absoluantur.

Statuorum temporum metas sine iusta causa notabiliter transgredi vel horarum ordinem immutare est veniale propter accidentalem temporis simulationem.

Qui intra diem naturalem officium eius culpate vel inculpate intermisit altero die supplere non cogitur. Cum enim dies certa cuiuslibet officio assignata sit, ideo eâ transactâ cessat eius obligatio.

C A P. IV.

Quæ personæ ad Officium Ecclesiasticum obligatæ sint.

Obligatio Canonici officij aliter communitati seu capitulo religiosi ordinis choro addicti incumbit & aliter singulis. Præsentia singularum regularum in horis obligat sola sub pœna estque non mortale etiam si aliquis non canet sed silear.

Consuetudo interpretatur (licet nullus Canon. Ecclesiasticus excipiatur) quod omnes & singuli religiosi professi, exceptis laicis & conuersis, ad canonicum officium, sub mortali obligentur intra vel extra chororum persoluendum, etiam si non sint in maioribus ordinibus, & etiam si extra monasterium viuant per dispensationem. Contrarium tamen docet Azor: si per-

si per-

si perpetuo extra monasterium per dispensationem degat.

NB. Fugitiuum religiosum etiam teneri ad horas ne ex propria iniquitate commodum ferat, Idem dicendum de eiecto per sententiam & damnato ad irremes, manent enim verè religiosi.

- 3 Probabile est, quod Religiosus eiectus per sententiam si clericus & ad gradum conuersoriam translatus in minoribus scilicet liber ab horis, quia statum mutauit, cui tali obligatio annexa est.
- 4 Clerici omnes in sacris et si beneficiati non sint ad horas sub mortali vniuersali recte piorum consuetudine tenentur, etiam degradati ne ex propria iniquitate commodum ferant.
- 5 Clerici in minoribus iure communi non obligantur ad certas preces, tamen per diuturnam consuetudinem diœcesis veluti sub præcepto acceptam nihil prohibet eos obligationis.

NB. Obligatio horarum grauis est & ex genere peccatorum sub mortali, quippe ex virtute religionis, & in beneficiatis etiam ex virtute iustitiæ; Requiritur tamen emissio materiæ notabilis, *hora vel fortasse dimidia.*

C A P. V.

De modo & Circumstantiis recitandi ecclesiasticum officium.

- 1 Officium cum publicè in choro, tum priuatum extra chorum dici debet secundum ritum breuiarij domæ reformati.
- 2 In quibus Ecclesijs vel monasterijs antiqui & proprij breuiarij vsus adhuc retinetur, decet clericos eundem ritum proprij retinere; Non desunt tamen gra-

grates authores : Nauarræ Sauer. Rodriq. Cuius
extra chorum licitum esse Romanum breuiarium re-
citare posthabito suæ Ecclesiæ proprio.

Clericus beneficiatus dum ab Ecclesia absens est, 3
debet potius legere officium diæcesis, in qua habet
beneficium, si duo in diuersis diæcesibus habet be-
neficia, tunc ab vtraque absens debet legere offi-
cium dignioris.

NB. Licet mutare officium ob iustam causam.

NB. Romanum breuiarium legentes non tene-
tur ad Psalm. pœnit. rament omnes ad litanias in festo
S. Mariæ, in diebus Rogationum.

Qui antiquum suæ Ecclesiæ ritum orandi seruant, 4
debent recitare Psalmos pœnitentiales, officium de-
functorum iuxta ve. istam consuetudinem in bre-
uiario annotatam.

Clericus choro non adstrictus non tenetur ad of-
ficium mortuorum nisi in Ecclesia dicatur institu-
tum singulis septimanis per duos, pro fundatoribus
Prælatorum.

Qui aliud officium æquiualens pro eo, quod in 5
breuiario designatur per errorem recitauit, non ob-
ligatur ad repetendam: si vero officium non æqui-
ualens & per errorem culpabilem recitasti, teneris
resarcire.

Ecclesiæ, quæ ritum Romani breuiarij recepe- 6
runt, possunt tamen officium Canonicum de Sanctis
suis recitare.

Horæ singulæ officij continuè recitari debent, ni- 7
si causa incidens interruptionem postulet, quia esset
irreuerentia cæpam cum Deo colloquutionem im-
pertinente actione interrompere. Tamen non tene-
tur

tur

tur interrumpens repetere prius lecta quia quisque psalmus continet præfatam Dei laudem.

Thurificans sub horis non tenetur recitare quod negligit, quia chorus pro illo supplet dum occupatus in re tali quæ ad officij celebritatem pertinet. Nec ille tenetur supplere, qui tarde venit, si non multum in choro processum est, conformiter Missæ auditioni.

8 Modus orandi cum socio etiam in priuata recitatione commendatur, quia conformis primæ institutioni: Absorptio verborum est venialis, lectionis satis est in choro alio cantantem audire.

9 Attentio in oratione triplex est; superficialis (ad verba tantum) literalis (ad sensum) spiritualis ad Deum.

NB. 1. Obligatus ad orandum sub mortali peccato constituitur si voluntariè euagetur. Ratio quia sine interna mentis obligatione nulla est oratio. Ergò hoc ipso, quo sub peccato mortali diuina lege obligaris attendere debes.

2. Non attendere sed voluntariè distrahi in oratione ad quam non teneris seposito contemptu propter irreuerentiam est veniale.

10 Qui sine vlla attentione horas legit non satisfacit præcepto Ecclesiæ: Ratio, quia Ecclesia præcipiens Clericis horam lectionum vbi nulla est mentis attentio siue in Deum eleuatio.

NB. Non desunt tamen graues authores, qui dicunt non satis nobis constare, quod Ecclesia talem attentionem præceperit, ideo non esse mortale, modo nulla externa actione, quæ cum oratione incompossibilis ij se occupent. Nam tali cantu vel

pro-

prolatione externa non attenda, populus etiam ædificatur, sicut cum pulsu organi.

In decursu orationis sufficit attentio virtualiter **1 1** manens.

Actiones aliquæ sunt cum oratione incomparabiles **1 2** V. C. scribere: Aliæ comparabiles. V. C. se vestire, caput pectere, de quibus Caietanus ait, nullam culpam committi, si eas aliquis inter orandum exerceat, atque interim orationi attendat.

C A P. VI.

De causis excusantibus ab officio.

Causæ excusantes ab officio sunt naturalis obli- **1** uio, grauis infirmitas (in dubio Confessarius consulendus vel medicus) necessaria occupatio cum recitatione horarum moraliter non consistens V. C. Confessiones illo die audire, vel alia impotentia, iniurius incipiens legere & adhuc ignarus, aut sine culpa amissum breuiarium, aut ineptus & stupidus.

Sicertus sis, quod vnam horam V. C. nonam **2** commodè recitare possis reliquas non; teneris, quia quæuis hora per se est Canonica oratio & diuidua à reliquis partibus. Dubitans se posse horam vnam recitare ob morbum liber est, eò quod præceptor Ecclesiæ non cum tanto rigore obliget, si maiorem partem recitare non possis omnino liber es.

Qui horas legere solus non potest, non tenetur al- **3** teri mandare nec loco huius orationis aliud præstare quia obligatio horarum est personalis, & quod præstare per se non potest liber est.

LIBER

LIBER QVARTVS.
TRACTATVS SECVNDVS.

De

Ecclesiasticis beneficijs.

C A P. I.

De notione & definitione beneficij Ecclesiastici.

Beneficium dici solet omnis gratuita concessio siue gratia principis, ea propter Ecclesiastica præbenda beneficij nomen sortita est, quia licet ab Ecclesiæ Prælati ex officio conferenda sit, nemini tamen in particulari stricto iure debetur, sed est gratuita concessio siue gratia.

¹ Hinc definitur: Ecclesiasticum beneficium est ius perpetuum recipiendi redditus ex bonis Ecclesiæ, ratione spiritualis officij Ecclesiastica autoritate constitutum. Dicitur ius perpetuum, quia legitime collatum non potest auferri nisi graui de causa.

Deinde vt excludatur commendata temporalis, quippe quæ non datur in titulum, nec tribuit ius siue dominium beneficij, sed solum administrationem ad tempus, excluditur etiam vicaria temporalis & non collatiua.

² *Ex bonis Ecclesiæ.* Nam bona Ecclesiastica immobilia sunt vniuersitatis; Administratores autem sunt Episcopi, alijque Prælati ordinarij. *Ratione spiritualis officij.* Nam omne beneficium datur propter officium.

NB. In beneficio Ecclesiastico duo iura consideranda

anda: primum simpliciter ac per se spirituale videlicet ius officij siue potestas exercendi, ministerij spiritualis, quatenus id ministerio Ecclesie competit, & ius secundum se precise spectatum, temporale est videlicet ad percipiendum redditus Ecclesiasticos. Sed quatenus hoc ius consideratur respectiue seu vt annexum spirituali officio, eatenus spiritualitatem quandam per accidens participat.

Hæc duo iura spirituale & corporale possunt separari vt aliquis habeat V. C. Canonicatum alicuius Ecclesie, & nullos præbendæ redditus accipiat, non enim præbenda Canonicum facit, sed Collatio iuris spiritualis facta ab eo, qui potestatem habet.

Legitima auctoritate constitutum iuxta reg. i. in 6. Beneficium Ecclesiasticum non potest licite sine institutione canonica obtineri. Canonica autem institutio seu collatio iuris beneficalis dicitur, quæ ab Ecclesie prælato fit secundum formam & modum à sacris canonibus præscriptum. Quare excluduntur capellanæ non collatiuæ.

NB. Reges & Principes laicis beneficia conferentes faciunt id ex speciali priuilegio & quasi delegatione Papæ non iure ordinario.

NB. Præterea tamen in alijs causis si reus ante litem contestatam contumaciter absit, actor in possessionem bonorum vel iurium de quibus contendit mitti iudicis auctoritate soleat, ac lite non contestata non procedatur; tamen in causa beneficiaria petitorum mittendum non esse in possessionem beneficii ob contumaciam.

Adversarij: sed ius Actoris examinandum, & iuxta illud sententiam ferendam esse, si periculum in mora sit, ne alioquin causâ non examinâtâ sine titulo

lo siue institutione canonica vitiosus ingressus ad beneficium accedat.

C A P. II.

De Origine & institutione Ecclesiasticorum beneficiorum.

1 **I**N primitiua Ecclesia fideles prædia sua vendebant & precia eorum liberè Apostolis afferebant vt et inde Diaconorum manibus singulis distribuere, pro cuique opus erat. Postea vero prouisum fuit impedire, vt Ecclesia bona immobilia etiam possideret, ex quorum redditibus annuis ministrorum sustentationi perpetuò prouisum esset, iuxta morem veteris Testamenti Num. c. 35.

2 Olim clerici in multis locis nihil proprij possidentes ex communibus Ecclesiarum redditibus alebantur, vnde Canonici id est Regulares dicti sunt, quia in communi viuentes ad certam viuendi normam adstringebantur, erantque collegia clericorum ædificata præfixo titulo V. C. Sanctæ Crucis. S. Stephani &c. Nec vllus in Clericorum numerum ac ordinem admittebatur, nisi sub titulo alicuius sacre ecclesie sustentationem haberet. Quod adhuc hodie obseruatur, vt nemo ad maiores ordines sine titulo sustentationis admittatur, alioquin Episcopus de suo interim prouidere debebit, donec aliquem beneficij titulum consequatur.

Quod si clericus ex patrimonialibus sufficientem sustentationem habeat potest etiam sine vlllo alio titulo ordinari.

Quadrupartita est Ecclesiasticorum proventuum diuisio, prima pro mensa Episcopi; altera pro fabrica, terti-

sa, tertia pro pauperibus & peregrinis quarta mensæ capitulari relicta, ut ea inter Canonicos & Clericos pro singulorum meritis distribuatur. Itaque hæc est origo Ecclesiasticorum beneficiorum ius, inquam, tributum Episcopo, alijsque clericis propter officium & obligationem suam percipiendi certam portionem reddituum ex Ecclesiæ prædijs &c. Vnde certum est ipsorum prædiorum siue immobilium bonorum dominium non ad beneficiatos transire sed manere penes Ecclesiam.

C A P. III.

Utrum beneficiati sint veri Domini Ecclesiasticorum reddituum.

Bona Clericorum alia sunt patrimonialia (quæ ipsi ex hæritate, arte, donatione obveniunt de quibus ut veri Domini possunt disponere) alia sunt bona quasi patrimonialia (quæ à fidelibus offeruntur Ministris tanquam stipendium laboris obmissas, Sacramentorum administrationem, funera, nihil obstante, quod Clericus alios redditus habeat & hæc æquiparantur patrimonialibus. Nam ministri Ecclesiastici cum stipendium accipiant, non debent esse deterioris conditionis, quam alij officiales ut Iudex Tabelliones, *Dignus enim est operarius mercede sua* Luc. 10. At ministri seculares habent dominium stipendiorum suorum; Ergo) Alia bona sunt Ecclesiastica (quia secundum originem suam ad Ecclesiam pertinent, sed ab Ecclesia postea Clericis peculiari-ter deputatæ sunt, tanquam beneficium ob spirituale ab eis præstitum officium atq; de his est quæstio.

Bona siue redditus Ecclesiastici quatenus benefi-

Xx 2 ciatis

ciatis secularibus ad honestam sustentationem necessarij sunt pleno iure ad ipsos pertinent, adeo ut si quid sibi propria parsimonia ex victu detrahant, de eo disponere possunt dando V. C. Consanguineis, quæ vera sunt, etiamsi beneficiatus bona patrimonialia habeat probat: 1. Cor. 9. Quis militat suis stipendijs vnquam. Sed Clericus beneficiatus licet patrimonialia habeat, tamen operarius est. Ergo ex iustitia debetur ei stipendium.

NB. Nomine stipendij necessarij ad honestam sustentationem comprehenduntur etiam ea quæ ad familiam beneficiati pertinent ad hospitalitatem exercendam erga peregrinos & consanguineos ad honestas meritationes; insuper etiam æstimandi sunt labores extraordinarij.

- 3 Beneficiati reddituum Ecclesiasticorum Domini fiunt non absolute sed cum onere annexo, ut quæ superflua sunt, pauperibus, vel in alium pium usum erogare ex iustitia obligati sint, quod Domini sint superfluum patet, quia absentibus subtrahuntur redditus. Ergo si præsentibus sunt comperant dominium reddituum, Deinde non vouerunt paupertatem, ergo sunt capaces, Ecclesia autem non reddit eos incapaces: Quod autem superflua ad pios vsus dare debeant, patet SS. canonib. & cõmuni sententia DD Deinde notum est ex sacris Can: Si beneficiati superflua ad pios vsus expèdunt peccare eos mortaliter, tali autem obligatione potest proficisci ex lege charitatis, ergo oritur ex iustitia propter annexum onus superflua in pios vsus erogandi; accedit etiã auctoritas Cõcil. Trid. prohibētis, ne ex redditib. Ecclesiæ cõsanguineos ditare studeant, excipe si consanguinei sint pauperes & nisi aliæ longe grauiore aliorum necessitates occurrant.

Bene-

Beneficiatus ex redditibus Ecclesiasticis suos filios etiam spurios alere tenetur si indigeant, & ipse patrimonialia bona non habeat, quia *dos succedit loco alimentorum*. Excipe nisi liberi sint in obsequio parentis.

Beneficiatus licet patrimonialia bona habeat, potest ex bonis Ecclesiasticis filio subministrare sumptus ad studia literarum. Ratio, quia cum pater non teneatur filio præstare sumptus maiores, qui requiruntur ad studia, sequitur talem filium si propria bona non habeat revera esse indigentem, ideoque ex bonis Ecclesiasticis sumptum ipsi ministrari posse.

Clerici testari de redditibus Ecclesiasticis ad pias etiam causas iure communi prohibentur. Ratio, quia redditus superflui post mortem debentur Ecclesie unde profecti sunt. Minutiora tamen in remunerationem beneficiorum famulis V. C. testamento relinquere possunt, maiora etiam si debita sint obliqua, quæ nisi præstarentur actio negotiorum gestorum intentari possit; At verò de bonis patrimonialibus possunt testari si tamen intestati decedant & nullos habeant consanguineos succedit Ecclesia.

Consuetudo, ut Clerici de bonis Ecclesiasticis testentur ad causas profanas non videtur esse iusta neque approbata sed tantum toleratur; Nam consuetudo, quæ legi naturali ac diuinæ repugnat corrupte laudanda est: Tales autem est hæc: Ergò: Nam omnes DD. fatentur beneficiatos mortaliter peccare si ecclesiasticos redditus superfluos in usus profanos expendant. Ergò etiam si mortis causa de ijs disponant peccant mortaliter. Aliud verò est sentien-

dum de consuetudine testandi ad causas pias & in remunerationem meritorum, quæ Ecclesia à beneficiato & consanguineis eius accepit. Toleratur tamen consuetudo testandi ad profanas causas in Germania, quia facile aboleri non potest; non verò ut bona & laudabilis approbata est cum sacris canonibus & primæ ut dixi beneficiorum institutioni-
pforumque fundatorum voluntati prorsus repugnet.

8 Beneficiatus nec merus usufructarius est, nec propriè usufructuarius s comparatione honorum stabilium, ex quibus reditus percipit: nam usufructarius solum potest capere fructus necessarios ad usum quotidianum, beneficiatus autem tùm in suos, tùm in alios usus pios dum vivit disponere non prohibetur, minus autem homo beneficiatus, qui usufructuarius, quippe non potest is disponere post mortem fructus, secus usufructuarius.

9 Donatarij, legatarij & hæredes non possunt accipere aut retinere quod ipsis ex Ecclesiasticis superfluis reditibus relinquatur, nisi pauperes sint; Ratio, si enim reditus Ecclesiastici superflui ex naturali iustitiæ lege in pium aliquem usum erogari debeant, quia in tali onere ac tacito pacto à fidelibus profecti sunt, sequitur, si eos alius titulo donationis aut legati accipiat in conscientia tutum non esse sed restituere obligatum. Quia tamen prior sententia ob DD. auctoritatem probabilis est, ideo plurimi eam in praxi bona fide sequuntur, ad causas pias donare non est dubium & plerumque bona relicta à beneficiato censentur propria parsimonia collecta de quibus per consuetudinem disponere possunt.

10 Fructus pendentes tempore mortis aut renun-
ciationi

tionis beneficiati partim ad ipsam, partim ad successorem spectant pro rata parte anni, quia beneficiarius (qui non est proprie usufructuarius neque fideicommisso proprie grauat) quam optimè stipendiario comparatur, sed stipendiarius & quicumque pro opere præstandi solarium annuum habet id, & vel hereditibus eius debetur secundum proportionem temporis anni, quo officium suum præstitit. Ergo id similiter de beneficiario dici potest, pensionarius enim accipit pensionem instar alimenti, ergo secundum proportionem temporis anni, in quo vixit, debetur illi partio pensionis. Deinde argumentum huius assertionis sumitur ex l. diuortio ff. soluto matrimonio lucrante præcedente fructus in fundo dotali secundum proportionem temporis. Eadem ratio est de beneficiario moriente.

Regulares beneficiati plenam suorum reddituum administrationem habent à SS. Canonibus concessam. II

C A P. IV.

Quotuplex sit beneficium Ecclesiasticum.

Beneficium aliud est seculare (quod Clericis secularibus competit. Aliud regulare, quod regularibus addictum est: Nam beneficium regulare non potest conferri Clerico seculari neque vice versa. Excipe nisi Monachus eligatur ad Episcopatum vel aliam Prælaturam secularem. Item cum licet Prælati potest Monachus fieri Vicarius Episcopi tamen tabulis retentis.

Canonici regulares sine dispensatione Papæ ad Parochiam non possunt promoueri.

Si conuentus Regularium deficiat reformari debet per religiosos eiusdem ordinis si fieri potest; seculus per alios religiosos. Clericorum secularium

collegium potest ad statum regularem reformari etiam ip[s]is inuitis, si inhonestè ibi vixerint.

Porro omne beneficium censetur esse seculare nisi constet vel probetur esse regulare, probari autem potest ex literis fundatorum vel ex continua quadraginta annorum possessione.

- 4 Beneficium aliud est duplex (quod aliquam eminentiam, dignitatem & iurisdictionem habeat Papæ, V. C. Episcopi, quorum ordo quadripartitus est sunt enim Patriarchæ, Primate, Metropolitan, Archiepiscopi, Episcopi, Cardinales etiam hoc habent. Quædam verò beneficia sunt media, vt reliquæ dignitates, Personatus & officia Abbatæ, prælaturæ, Archidiaconatus id est vicariatus generalis.

Dignitas est eminentia cum iurisdictione fori externi coniuncta.

Personatus verò est eminentia sine iurisdictione fori externi.

Officium est administratio sine iurisdictione fori externi cuiusmodi sunt Custos, Archipresbyter id est Decanus, Parochus censentur habere beneficium duplex. Aliud beneficium est simplex, quod nec specialem præminentiam nec iurisdictionem nec administrationem habet V. C. Canonicatus, Capellania, altare.

- 5 Aliud beneficium est titolare (quod in titulum perpetuum confertur, & sine iusta & graui causa auferri non potest, aliud est manuale, quod in titulum quidem confertur, sed reuocabiliter, quia ad nutum Prælati auferri potest V. C. Prioratus, officium Custodis, Sacristæ siue Thesaurarij; Loquor de priore, qui est sub obedientia Abbatis; Alias prior conuentuales perpetuam dignitatem obtinet nec potest remoueri ob debitum. Capel-

Capellania non est propriè Ecclesiasticum, quia non est perpetua, sed manualis.

Capellaniæ aliæ sunt temporales & non collati-
uæ, videlicet quæ sine auctoritate Episcopi, quam-
uis in perpetuum institutæ sunt, vt à fundatore eius-
que hæredibus conferantur, & tales Capellaniæ pro-
priè non sunt beneficia, sed merè temporalia stipen-
dia Sacellanorum: Aliæ verò Capellaniæ, quæ au-
thoritate Episcopi institutæ sunt collatiuæ & spiri-
tuales, ideoque propriè dicta beneficia, quamuis ad
nutum Episcopi vel patroni auferri possunt: hoc e-
nim ad accidentalem tantum beneficiorum differē-
tiam spectare videtur, spectato tamen iure commu-
ni beneficia secularia censentur esse perpetua, regu-
laria verò manualia seu reuocabilia.

CAP. V.

*De obligatione annexa beneficio recitandi
horas.*

Beneficiari si horas Canonicas intermittūt post
sex menses à beneficio obtento ad fructuum re-
stitutionem obligantur, iuxta Concilium Lateranē-
se & Bull Pii V. Intra illos sex menses peccant tamen
mortaliter. Et descendit hæc obligatio restituendi
vel Ecclesiæ vel pauperibus ex iure naturali, quia
beneficium datur propter officium, ideo quasi sub
conditione præstandi officii secundum datum ob-
causam, causâ inficiatâ iure repetitur.

NB. Si quis annuū habeat 365 aureos, debet pro
vnius diei horis omissis restituere vnum aureum,
dimidium aureum ob omissum matutinum & lau-
des, quod si ipsemet negligens sit pauper, potest sibi
applicare

Xx 5

applicare

applicare id, de consilio confessorii aliud tamen opus exercendo pro fundatore.

2. Hæc fructuum restitutio præcisè fieri non debet pro rata omissionis officii ac temporis, sed quatenus redditus beneficiarii dantur propter officium canonicum, non item propter alias obligationes v. c. Parochiales; nam Parochus negligens horas unius diei non tenetur restituere fructus totius diei, sed solum secundum proportionem. Quod si fructus beneficii non superant iustum vitæ stipendium v. c. Parochus annuò habeat 350. Rhen. florenos ad nihil restituendum tenebitur, si horas negligat. Et Capellanus annuò habens 200. florenos, quia credibile est, quod Concil. Lateran. noluerit eo casu imponere obligationem restituendi fructus beneficii ob neglectum officium cum spectato iure naturali nulla omninò incumbit obligatio restituendi, ut qui in nostro casu Parochus iure naturæ ad nullam restitutionem obligatur ad officium Cano. neglectum; Nam ob alia officia diuina redditus omnes debentur parochis, ergo nihil restaret ob horas neglectas restituendum.

NB. Si pater redditus filii beneficiati accipiat & auferat, filius est liber ab obligatione restituendi & recitandi.

3. Solus titulus beneficii non inducit recitandi obligationem, sed requiritur etiã possessio, ratio: quia nec dum talis perfecte est beneficium consequutus, & multa impedimenta occurrere possunt ut prouisus beneficii possessionem nunquam accipiat aut saltem eius temporis fructus non percipiat, vel quia ipsi non debentur vel aliquo colorato quæsito titulo denegantur.

NB. Qui

NB Qui beneficium sine iusto titulo possidet interim dum fructus percipit ad recitationem horarum tenetur; ratio, quia cum beneficiatus comoda & fructus sibi usurpet, iustitia postulat, ut officium & onera quoque subeat. *Non enim decet, quod inuasor, eo qui iuste ingreditur, privilegio gaudeat potiori.* Quod si iuste quis beneficium possidet, sed lis est et fructus, sequestrantur, tunc, si certo sperat se causam obtenturum, tenetur recitare.

Si beneficiatus sine culpa sua nullos redditus accipiat, nec postea accepturus est ad recitandum non obligatur. V. C. si quis est in carentiis adeo ut nihil illi detur, aut hostes fundus omnino deuasârunt; ratio, quia beneficium non habet secundum omnem effectum, quando quidem beneficium est ius percipiendi fructus: nec obstat annus gratiæ, nam ille institutus fuit, cum experientia doceret, multos canonicos ære alieno grauatos sine pecuniis mori, ut neque honeste eorum corpora sepeliri possent, quod in Ecclesiæ contemptum cedere videbatur. Quare cum redditus huius anni ex mensa Capitulari desumantur, & antiquis Canonicis detrahi soleant, ideo de iis perinde atque de aliis redditibus suis post mortem suam disponere se posse arbitrantur.

Iusta potest esse consuetudo beneficia valde tenuia conferendi sine horarum obligatione, quia cum lex Ecclesiastica respectu horum beneficiorum mere positiva sit, potuit per contrariam consuetudinem aboleri, & si Ecclesiæ consuetudo non imperat prouisis orandi officium, non censentur vera esse beneficia, sed pensiones aut prebendæ, quæ non ratione officii spiritualis

alis, sed aliam ob causam conferri solent. Quod si mos sit tenuia beneficia conferendi cum obligatione orandi, omnino prouisi obligantur, quod si reditus omnes pereant vel ad eò minuantur, ut non sufficiat ad sustentationem, non tenentur pro eo tempore beneficiales ad horas, Excipe nisi sit in maioribus ordinibus.

- 6 Præstimonia (portiones quæ ab Ecclesia suis redditibus abstrahuntur & Clericis studiosis assignantur) si in perpetuum titulum dantur, & verè Ecclesiastica beneficia sunt ad canonicum officium obligant, quia talis præstimonia omnia habet communia cum veris beneficiis idè obligant iuxta constitut. Pii. V. Præstimonia verò, quæ solum ad tempus dantur studiosis, vsque ad sacerdotium non induunt obligationem horarum, cum non sint beneficia Ecclesiastica sed stipendia.

NB. Beneficia manualia obligant ad horas, quia sunt verè beneficia si autoritate Ecclesiastica conferantur.

- 7 Commenda est duplex: Perpetua (quæ constituitur in vtilitatem personæ, quæ re æquiparatur beneficio, cum habeat vim & effectum tituli, solet dari à Papa. v. c. Si Clerico non professo beneficium regulare commendetur & vice versa.) Temporalis commenda (datur in Ecclesiæ vtilitatem ut interim beneficium à Commendatorio administratur, donec persona idonea instituat, quæ commenda v. c. Ecclesiæ Parochialis à Episcopo data durare non debet ultra 6. menses. His positis dico commendam perpetuam siue titularem obligare ad horas; ratio quia omnes effectus beneficii participat: Commendam temporalem non obligat, quia solum custodiæ suæ admini-

administrationem beneficii tribuit nō plenam tantum de fructibus percipiendis.

Vicarii alii sunt perpetui (non amobiles sine iusta causa iure expressā, & hi tenentur ad horas, quia censentur esse veri beneficiati quandoquidem omnes effectus & proprietates beneficii vicariæ perpetuæ conueniunt. Vicarii seculares possunt præfici Ecclesiis parochialibus annexis collegiali ad nutum amobiles, tanquam Vicarios manuales (tales sunt nostri Sacellani) Monachi tamen de licentia Abbatis cum ab Episcopo approbati sunt, possunt per consuetudinem præfici parochiis suo monasterio annexis, & tales vocantur obedientiarii.) Vicarii alii sunt temporales, qui ad tempus constituuntur, v. c. ob absentiam, infirmitatem &c. beneficiati & tales ad horas non obligantur cum nullum ius seu titulum beneficii habeant; Excipe nisi Vicario plena administratio beneficii cum consensu Episcopi committatur, vel Parocho infirmo perpetuus vicarius assignetur.

Coadiutor beneficiati præsertim qui à summo Pontifice instituitur, cum futura successione ratione huius muneris sui non adstringitur ad horas, tū quia beneficium nondum habet, tum quia ratione vnius beneficii duo non obligantur ad recitandum, cum igitur principalis dum ei administratio beneficii relinquatur, recitare teneatur, sequitur Coadiutorem immunem esse, licet ratione beneficii propter labores illi aliquid detur. Quod si perpetuo instituantur cum spe successionis & beneficiati sint amentes, ipsi tenentur ad horas. Interim necesse est, omnes in maioribus ordinibus teneri ad horas, etsi sine onere restituendi eas intermittant.

CAP.

- 1 **R**esidentia est assiduitas commorationis in loco beneficii causa seruitii Ecclesiastici personaliter præstandi, unde Clericus, si nunquam eat ad chorum non censetur residere, quia frustranea est eius residentia, quippe effectu & fine suo carens. Nilominus recte ait Nauarra. *Aliud esse residere, aliud interesse.* Quare licet Canonicus interdum negligat præsentias, non tamen amittit fructus residentia & canonicus, qui intrauit residentiam, licet peccet negligendo diuina officia, non tamen cæsetur per iurus, modò interdum se sistat & ad Capitulum veniat, tunc enim residentia non omnino caret fine suo.
- 2 Spectato iure communi omnia beneficia ad residentiam obligant, constitutio Concilii Trid de officiis diuinis à Canonico personaliter persoluendis cantando ~~ita~~ non est recepta in multis locis Germaniæ, ita nec consuetudo residendi in multis locis, modo adsint eo die quo lucrantur, idem nouæ Ecclesiæ, in qua beneficiati sunt.
- 3 Obligatio residendi in curatis est de iure diuina, nam causa obligans Ecclesiasticum curatum ad præsentiam est salus animarum, ideo uti hæc præsentiam exigit pastoris non potest pastor propter commodum suum temporale gregem suum deserere; Excepit nisi æquè utile foret Ecclesiæ parochiali v. c. ut per vicarium legitimè administraretur tunc consideratis circumstantiis cessat obligatio residentia personalis & consuetudo obtinet ut etiam in curatis beneficiis non personaliter resideatur, dummodo per absentiam curati Ecclesia nullum damnum patiatur.

NB Cle

NB. Clerici ad residentiam obligati compelli possunt per censuras etiam, denique per priuationem, dummodo absens prius personaliter citeatur, si id fieri possit alioquin per trinum edictū si nesciatur vbi sit, & expectato trium mensium spacio.

Causæ residentiae excusantes sunt Christiana calamitas v. c. causa iuuandi proximum vt lites componantur, vrgens necessitas debita obedientia, euidens Ecclesiae & Reipublicae vtilitas. 4

Occupatus in seruitio Papae, quia seruit Ecclesiae vniuersali, habetur pro residente in Ecclesiae particularis beneficio. 5

Duo Canonici in seruitio Episcopi occupati pro residentibus habentur. 6

NB. Clericus illegitimè absens si nullum damnum illatum Ecclesiae, quia vicarius interim constitutus erat, non tenetur ad restitutionem fructuum ante sententiam.

Episcopis permittitur vt duorum vel trium mensium spacio Parochis verò vt bimestris tantum spacio ab Ecclesiis absint, sine gregis commissi detrimento, vtrum verò ad hanc absentiam parochis opus sit licentia Episcopi, non clarè exprimitur, vnde Nauarr. negat Less affirmat. Securissimum autem est cuiusq; diocesis consuetudinem hac in re sequi. 7

CAP. VII.

De distributionibus quotidianis.

Distributiones (portiones Ecclesiasticorum reddituum quotidie distribui solitae iis beneficiatis qui statutis horis diurno officio intersunt) quotidianas pro omnibus Canonicis horis constitui oportere iuri consonum esse docet Gl.in

Gl.in

Gl. in Clement. tamen in his consuetudo cuiusq; Ecclesiae attendenda.

NB. Trid. Constit. sess. 21. de reform. decernens vt distributiones, si ita tenues sint, vt probabiliter negligantur ex tertia parte prouentum tam canonicatum, quam dignatum separandas & in distributiones quotidianas conuertendas esse, non est vbiq; in praxin deducta.

2. Distributiones praesentibus tantum debentur, exceptis, quos vel infirmitas, vel iusta corporalis necessitas excusat, aut euidentis Ecclesiae utilitas iuxta Constit. Bonif. VIII. ratio, quia distributiones quotidianae proprie institutae sunt diuini cultus augendi gratia, ob praesentiam & frequentiam ministrorum,

3. Beneficiarij ob iustam causam absentes extra locum beneficii non accipiunt distributiones v. c. tempore pestis, si autem in loco beneficii commorantes ab officio absint propter Ecclesiae utilitatem vel corporalem infirmitatem recipiunt.

NB. Quod si superior iubeat vt tempore officii horarii in alia Ecclesia sacrificetur, debentur ipsi distributiones, quia censentur abesse in loco beneficii in utilitatem Ecclesiae, imò per consuetudinem (sicut hic Alesaffenb.) debentur distributiones absentibus in negotio Ecclesiae.

4. Qui in Ecclesia duplici beneficio fungitur videlicet praepositus & Canonicus aequum videtur, ut duplicem distributionem accipiat. Consuetudo tamen in hac retinenda.

5. Distributiones ordinariae fundatorum quas Canonici ob absentiam amittunt, alijs praesentibus accrescere debent, quod si distributionem ex unius beneficijs be-

bus beneficiorum propriis proueniant possunt applicari fabricæ.

Vbi consuetudo retinetur, vt Canonici ipsimet in choro cantent, non possunt saltem integras distributiones accipere, si præsentem cantare negligant, quia distributiones non dantur Canonicis ob meram præsentiam, sed præcipue ob seruitiũ, quod est in Ecclesia præstandi; secus est, vbi consuetudo vigeret, vt Canonici substitutos cantores habeant, sufficit eorum præsentia ad lucrandas distributiones dummodo horas priuatim recitent. Ratio: quia in eiusmodi Ecclesiis distributiones Canonicis dantur, non ob canendi officium sed ob moralem præsentiam tantum.

Si Canonicus frequenter & quasi consuetudine absit, vel cum Ecclesia ex ipsius absentia damnum patitur mortaliter peccare censetur.

CAP. VIII.

De pluralitate beneficiorum.

Beneficia alia incompatibilia dicuntur, alia comparabilia. Incompatibilia sunt ea, quorum singula per se vel iure naturali vel saltem Ecclesiastica constitutione continuam residentiam postulant, vt sunt duo Episcopatus.

Con. Trid. Deinde beneficia vniformia sub eodem recto v. c. Canonici in eadem Ecclesia. Reliqua sunt comparabilia.

Plura beneficia quorum vnum ad honestam sustentationem sufficit naturali iure repugnat (ratio: quia alioquin Ecclesiastici redditus male & inutiliter dissipantur, cultus diuinus imminuitur, nisi talis pluralitas iusta causa cohonestetur eaq; triplici. primo si neces-

Yy

si neces-

si necessitas Ecclesiae postulet. l. c. ob penuriam ministrorum Ecclesiae, ob periculum ne haeretici intrudantur: Secundò utilitas Ecclesiae, si vnus solus Reip. Ecclesiasticae plus profuturus videatur, quam plures alii, vt id expedit in Germania Illustres plura habent beneficia ad defendendam Ecclesiam. Tertio est meritorum prerogatiua: causa quod quis velit pijs causis redditus superfluos applicare, si habeat plura beneficia, non est sufficiens, nisi aliqua ex praedictis causis adsit.

- 3 Specialiter prohibitum est, ne quis plura beneficia curata, vel plures dignitates aut personatus obtineat, ratio: quia singula eorum perpetuam residentiam requirunt, non potest autem idem in pluribus Ecclesijs residere: Ræna eiusmodi hominum est, vt altero obtento, prius beneficium ipso iure vacet.

NB. Episcopatus non vacat per adoptionem alterius dignitatis, vel beneficii: ratio, quia Episcopatus non potest desereri sine speciali licentia Papæ: Alioquin vtroq; priuandus est per sententiã iudicis.

NB. Can. & Parochia possunt simul possideri sint vnita; se cus non absq; dispensatione, quod Canonice velir fieri Parochus, debet dimittere canonicatum, aut desistere à Parochia.

- 4 Si Episcopo existenti in possessione Episcopatus beneficia etiam simpliciter compatiblea ^{conferantur} ~~conferantur~~ rita est; excipe nisi Episcopus sit tantum titularis & suffraganeus; hæc enim beneficia non vacant per eiusmodi Episcopatum (quorum ipsi solum titulum habent) adoptionem; Excipe secundò si Episcopatus sit pauper, tunc beneficia compatiblea conferri possunt; incompatiblea verò si dispensatio Papæ accesserit

cesserit, imò possunt etiam retineri in hoc casu beneficia obtruncata cui enim licet quod maius est, licet etiam, quod minus est.

Duo beneficia vniformia sub eodem titulo nemo obtinere potest, quia iura maximè abhorrent, & vacat primum ad eptionem secundi.

Nemo etiam duo simplicia, quæ ambo personale residentiam incompossibilem requirunt, *Sabro vi.*

NB. In Germania pro consuetudine in possessione duorum Canonicatuum in diuersis Ecclesiis requiritur solù residentia v.c. medii anni, aut trimestris.

Plura beneficia compatibilia quilibet habere potest, quatenus ad honestam sustentationem requiritur. Compatibilia autem beneficia sunt, cum in diuersis Ecclesiis, quæ vel nullam vel non compatibilem residentiam postulant. In eadem autem Ecclesia compatibilia beneficia dicuntur, quæ difformia sunt v.c. Dignitas & simplex Canonicatus, quæ proinde simul retineri possunt quia taliter non intuitur numerus canonicorum, nec ibi, vbi nulla residentia opus vel saltem non incompossibilis.

NB. Duo altaria Capellanus habere potest, quia sunt difformia beneficia.

Duo beneficia regularia eidem conferri non possunt, quia qualectumq; beneficium incompatibile est cum primo in Religioso, excipe nisi vnum beneficium alteri vnitum sit, ita vt propter annexionem veluti vnum beneficium censeatur.

In pluralitate beneficiorum incompatibilium iure ordinario Papa dispensat, non etiã Episcopus, nisi incompatibilitas sit solù ex iure diocesano. Quod si Pontifex summus iusta causa dispensat valet nihilominus collatio, sed prouisus in conscientia tenetur ea, quæ

Yy 2 secun-

secundum statum necessaria non sunt, vel in quibus iusta dispensandi causa non fuit; resignare; fructus tamen interim percepti retineri possunt, si per vicarium satisfecit.

NB. Quod si beneficia sunt compatiblea tunc duo vel plura eidem conferri possunt sine ulla dispensatione, quia ius vel saltem consuetudo id permittit, dummodo prouisus indigeat ad honestam sustentationem.

- 10 Nulla consuetudine introduci potest, ut plures eiusdem Ecclesiae dignitates, Personatus Canonico eidem conferantur; ratio, quia per eam introducitur paucitas ministrorum & diminutio cœtus, quod plane repugnat beneficiorum institutioni.

NB. Possessio duorum beneficiorum curatorum reprobatur & præsumptio atque cupiditas appellatur.

- 11 In pluralitate beneficiorum alioquin communi iure incompatibilium, vim aliquam habere potest consuetudo immemorialis etiam quoad plura curata, quæ personalem residentiam non requirunt, sed per vicarium idoneum administrari possunt. Ratio: Nam quicquid privilegio aut summi Pontificis induci potest dispensatione idem & consuetudine immemoriali; sed Pontifex dispensat. Ergo, &c.

NB. In Germania esse consuetudinem ut Prelati v. c. Decani habeant curata beneficia, & per vicarium administrari soleant, idq; si fiat sine detrimento Ecclesie quoad Concil. Trid. quod tales consuetudines reprobare videtur id aliquibus Ecclesiis receptum non est.

- 12 Obtinens plura beneficia residentiam postulantia indigniori residendi debet.

CAP. IX.

De unione beneficiorum.

VNio (beneficiorum autoritate Prelati Ecclesiastici facta annexio) duplex est, alia perpetua est (fit ob Ecclesie necessitatem vel utilitatem) alia temporalis, quæ fit in utilitatem) beneficiati ideo solum durat ad vitam, odiosa est, atque in dubio non præsumitur. 1

Vnio perpetua operatur quasi extinctio nempe beneficii accessorii, unde nec vacare debet (v. c. Parochia annexa canonicatus) quia assumit naturam ac privilegia principalis beneficii cui adhæret. 2

Corollarium I. In beneficii impetratione solius Principalis mentio facienda est; quo concessio vel collato venit etiam accessorium (tacite.)

Corollarium II. Si parochia vnita Canonicatus non requiritur ætas 25. annorum (cum per vicarium suppleri possit,) sed sufficit ætas quæ in canonico postulatur.

Corollarium III. Beneficium minus dignum oportet maiori digno vniri v. c. Parochia Canonicatus non vice versa. Ratio; quia non decet, ut minus dignum accessorium fiat minus digno.

Episcopus ob iustam causam vnire potest beneficia suæ diocesis quæ nec exempta, nec Papæ specialiter reseruata.

Quod si collatio beneficii ad Papam deuoluta est ob negligentiam Episcopi, nihilominus Episcopus potest vnire etiam in collatione alternis mensibus facta, facta autem unione tali extinguatur mens pontificus propterea quod beneficium in effectu vnitum, 3

Y y 3 eo ipso

eo ipso extinctum censeatur, dummodo vnio non fiat in fraudem v.c. in mense pontificio.

4 Certi casus sunt, in quibus Episcopus etiam reſerua-
ta, vel aliter affecta beneficia vnire potest, v.c. ob
paupertatem Parochiarum vniri iis possunt alia be-
neficia etiam reſeruata; item ad erectionem semina-
rii clericorum, alias expectanti ſpecialiter à Papa re-
ſeruatum beneficium non potest vniri.

5 Eccleſiæ Parochiales Monasteriis & dignitatibus
vel præbendis Eccleſiæ Cathedralis, aut Collegiatæ
vniri non possunt iuxta Trid. ſi tamen talis vnio à tẽ-
pore immemoriali creditur in dubium reuocari non
debet, quamobrem cessat in tali beneficio vnio mẽ-
ſis Pontificius. NB. Sufficere tempus 40. annorum
cum titulo præſumpto ad præſcribendam vnionem
iuxta Garciam Capitulum potest vnire vacante. ſe-
de ſed absque iudicio Episcopi.

6 Episcopus vel Capitulum beneficia ſua menſæ
principaliter ac directè vnire non potest absque pa-
pæ conſenſu, ratio: quia nemo in proprio facto au-
thoritatem præſtat; dixi directè, quia Episcopus po-
teſt exigente cauſa beneficium vnire ſabricæ Eccle-
ſiæ, licet per accidens in ipſum aut Capitulum vtili-
tas deriuetur. Deinde ſi præbendæ nimis tenues po-
teſt fieri vnio cum conſenſu Capituli imò ſi conſue-
tudo ſine conſenſu Capituli.

NB. Legatus à latere potest vnire beneficia ſue
prouinciæ quia potest omnia quæ Episcopus, modo
non derogetur in aliis iure Episcopali.

8 Maior eſt poteſtas vniendi quàm conferendi; Hinc
nemo potest vnire niſi habens Episcopalem iuriſdi-
ctionem, ne quidem vicarius generalis ſine ſpeciali
mandato vnionem beneficiorum inſtituere potest.

Causa vnionis faciendæ sunt evidens necessitas
vel utilitas Ecclesiæ, puta si duæ Ecclesiæ vicinæ pau-
peres sint, vt ad victum duorum non sufficiant, aut
bello deuastata, imò tenetur Episcopus in necessita-
te instituere vnionem. 8

Formæ solemnitas ad vnionem requisita est, vt
anteceat cognitio causæ, vocentur, quibus interest
pareferi, adhibeatur Capituli consensus. Nam quod
omnis tangit ab omnibus approbari debet. Imò si Capitu-
lum sine iusta causa contradicat potest Episcopus
instituere vnionem in necessitate per semetipsum. 9

NB. Deficiente iusta causa & nihilominus vnio-
ne instituta, rescindenda est nisi iuxta Concil. Trid.
40. ann. præscriptione firmata sit.

CAP. X.

*De institutione & collatione Ecclesiasticorum
beneficiorum.*

Beneficia Ecclesiastica alia sunt electiua v. c. Præ-
lati à Canonicis, quæ electio deinde à Superio-
re confirmatur, si Prælati idoneus.) Alia Patrona-
ta, ad quorum beneficiorum præsentationem Ec-
clesiasticus Prælati cogitur instituere præsentatū
si idoneus sit, & hæc collatio propriè dicitur institu-
tio, qua ratione pleriq; Parochi & Capellani insti-
tuti solent: Alia sunt beneficia personatus canonicæ
libere, cum conferuntur, cui voluerit is, ad quem
collatio pertinet, modo ille sit idoneus. 1

Omnis collatio fieri debet beneficii vacantis, vn-
de beneficia vacantia promitti non possunt, ne
quidem ab Episcopo ideo ne quis mortem alterius
deside- 2

desiderare possit, si sciat in eius locum se sufficere, quamvis hoc non in omnibus Ecclesiis receptum est.

NB. Si possessio beneficii manifestè iniusta sit, beneficium ipso iure vacare, ac proinde alteri statim conferri potest, nisi possidens prior habeat titulum coloratum, tunc enim prius debet cognosci de iure possessionis.

2 Collator supremus omnium beneficiorum, seu libera sint, seu electiva, est Papa: ratio; quia ipse est supremus dispensator omnium bonorum Ecclesiasticorum, & Episcopus Episcoporum; Tribus autem modis Papa beneficiū conferre solet. Primò iure praeventiois, cū alicui confert gratiā expectatiuā ad beneficiū primò vacaturū, quod speciale est privilegium Papae nec; alteri concessum. Secūdo iure concursus. Nā Papa cōcurrit cū quolibet ordinario in potestate & iurisdictione, vnde Papa vacantia beneficia conferre potest, etiā nulla interueniente negligentia ordinarii. Nā quāuis Papa potestatem conferendi ordinariis dederit sibi tamen maiorem reseruauit. Quapropter inter Papā & Ordinarium datur locus praeventioni, itā vt qui prior contulit, eius collatio rata sit, in dubio verò potior erit conditio possidentis. Tertio iure deuolutionis de quo capite sequenti.

3 Per concordata Germaniae beneficiorum non Patronatorum collatio alternis mensibus ad papam spectat, Ian. v. c. Mensis ad Papam. Permittitur insuper, vt si post tres menses ad se nota vacationis in loco beneficii nulla dispositio vel gratia apparuerit, ordinarius ad collationē liberè procedere possit, quanquam si appareat Papam intra tres menses prouidisse, licet prouisio ad locū beneficii non pertenerit praesertim sine culpa prouisi collatio haud dubie accepta

acceptanda. Nota. Papa ex plenitudine potestatis potest etiam conferre beneficia in mensibus Ordinariorum tamen non sine grauiissima causa solet: idem sentiendum de beneficijs patronatus.

Episcopus post Papam vel simili potestate præditus est ordinarius collator beneficiorum suæ diæcesis, sed cum consensu Capituli, spectato iure communi; quemadmodum etiam susceptio Monachi ad Abbatem spectat cum consensu conuentus, Excipe consuetudinem legitime præscriptam.

Capitulum vacante sede non confert beneficia libera quoniam collatio ad Episcopum propriè pertinet, quia talis collatio est species gratiæ & donationis, instituit tamen Præsentatos à Patronis, confirmat electos, recipit resignationes causa permutationis, aut beneficia postulante causa, dummodo nihil detrahatur iuri Episcopali: Ratio horum omnium est; quia iura vacante sede indulgent Capitulo Episcopalem iurisdictionem causa necessitatis, ne ex defectu superioris periculum generetur.

Vicarius generalis licet beneficia conferre non possit, tamen præsentatos instituere, electos confirmare potest, cum hi actus necessitatis & iustitiæ: Veruntamen nihil obstat, quin Episcopus speciale mandatum vel etiam generale cum libera, vt vocant, tribuat Vicario suo conferendi beneficia & alias meritas gratias nomine ipsius Episcopi.

Legatus à latere concurrens cum ordinario in collatione beneficiorum, ita vt inter eos locus sit præuentioni alijs porro: Nullus sine speciali mandato conferre beneficia concessum non est.

De beneficiorum reservationibus & deu-
lutionibus.

1. **P**apæ reservata beneficia (sic dicta, quia eorum collationem Papa sibi propriam vendicat, ut ab alijs ordinarijs conferri non possit) sunt dignitates in Ecclesijs, maximè post Episcopatum V. C. præpòsituræ in cathedralibus & Collegijs Augustana tamen habet speciale indultum, eligendi præpòsitum. 2. Beneficia quæ vacant per promotionem ad alterum, cuius collatio ad Papam spectat, neque refert eius dignitas sit electiva, sicut in Germania Capitulum cathedralis: ius habet Episcopum eligendi, siquidem per electionem talem non censetur vacare beneficium, prius habitum ab electo, sed primum accedente confirmatione papali & adepta etiam possessione. 3. Beneficia Cardinalium, Curialium seu familiarum Papæ. 4. Quæ vacant per obitum Legatorum, Curforum, & ad curiam accedentium vel recedentium, si in curia vel in locis ultra duas diocæsas à curia non distantibus moriantur, & dicitur tunc, beneficium in Curia vacare, seu apud sedem apostolicam, ut specialiter affectum. 5. Quæ vacant per depositionem privationem, translationem auctoritate Pontificis factam. Beneficia tamen curata si ea apud sedem electis modis vacare contigerit vacante sede apostolica ordinarij liberè conferre possunt, idque ob speciale indultum, ne cura animarum diu vacare debeat.

NB. Ordinarius vacante sede apostolica beneficia vacantia in mense pontificio, cum sit reservatio personalis, conferre potest.

Porc

Porrò hæ referuationes personales restringi debent, vt locum tantum habeant in beneficijs perpetuis non in manualibus seu ad nutum amobilibus.

Referuationes papales locum non habent in beneficijs, quæ sunt iuris Patronatus laicorum ex fundatione, constructione donatione; Ratio, quia Papa non censetur iuri Laicorum ex fundatione, vel donatione acquisito præiudicare velle, nisi id speciatim exprimat.

Nec habent locum referuationes Papæ in beneficijs resignatis causa permutationis; quia non censentur propriè vacare.

Imperator Romanus in qualibet Ecclesia preces primarias offerre potest, idque ex speciali indulto pontificio.

Si collator beneficium scienter conferat indigno, vel si Electores scienter eligant indignum, collatio vel electio irrita est, & Collatores atq; electores puniuntur ea vice potestate conferendi, eligendi, & deuoluitur potestas ad proximum superiorem.

Deuolutio collationis beneficiorum interdum fit immediate ad Papam interdum gradatim ab vno superiore ad alterum V. C. in electione Episcopi indigni deuoluitur collatio ad Papam, in alijs inferioribus deuolutio fit ad Episcopum, exemptorum ad Papam reliqua omnia secularia & regularia in diocesi sua non ad legatum sed ad Episcopum post sex menses euolutos, tanquam sedis apostolicæ delegatum; quandoquidem Episcopus habet specialem delegationem, cui non derogat generalis delegatio legati. Quod si Episcopus negligat conferre beneficia, quæ ad ipsum spectant iure proprio & non deuoluto; tunc ius collationis ad capitulum deuoluitur.

NB.

NB. Causam harum tum papalium reservationum tum deuolutionum hanc esse, vt Ecclesiarum communicatio ac subordinatio tam inter se, quam cum Romana omnium matre & clarius ostendatur & facilius conseruetur.

C A P. XII.

De beneficiis Electiuis.

Beneficia propriè electiua sunt Prælatuæ, seu in quibus alijs instituitur, vt sit caput Ecclesiæ seu Collegij.

² Electus ante confirmationem non habet quasi dominium beneficij ad quod electus est, quare in eam administrationem vturpare non debet, neque priora eius beneficia vacare censentur.

³ Electio iure communi ad collegium spectat, etiam vno solum superstite, vt pote in quo ius vniuersitatis permanet, quamuis se ipsum eligere non possit, quia ambitionis notaretur ex consuetudine tamen alij extra collegium possunt etiam eligere.

NB. Sufficit electio rem esse in quasi possessione iuris eligendi, licet postea ab eo euincatur: Ratio, quia bonæ fidei possessor fructus validè ab alienat, electio autem, institutio, & præsentatio sunt quasi fructus iuris beneficij aut patronatus.

NB. Potestatem eligendi non habent Excommunicatus, suspensus ab officio, Irregularis, scienter celebrans in loco interdicto, elgentes scienter indignum, & decanum V.C ante annum ætatis XXV. triennio suspensi sunt, item qui per abusum admittæ secularis potestatis elegerunt; qui tribus mensibus prælatum eligere neglexerunt, priuati sunt ea vice. Impuberes, qui in Ecclesiis regularibus professi non sunt, item laici vniuersi.

Omnes

Omnes, qui ius eligendi habent, ad electionem vocandi sunt, dummodo absentes commodè vocari possint, ab infirmis suffragia à scrutatoribus exquiri debet, quod si commodè vocandus præteritus est, valet quidem electio, sed potest ille, si velit, contemptum suum prosequi, & electionem infirmare, volens cedere suo iuri ad electionem non est cogendus, nisi eius absentia in præiudicium Ecclesiæ cesura sit.

Quod si absens iusta de causa accedere non potest, concessum est ipsi procuratorem seu mandatum iuratum constituere, qui tamen in capitulo sit, nam extraneum Canonici recipere non tenentur, porro procuratorem si ex electoribus est, non posse alium suo, & alium nomine mandantis nominare, præterquam si de certa eligendi persona mandatum speciale habeat, habetur de elect. in 6.

Electus spacio vnius mensis consentire debet, & postquam consensit, intra trimestre confirmationem petere debet, alioquin electio cessat, trimestris conceditur Cathedralibus & Regularibus Ecclesijs de nouo eligendi, Collegiatis verò sex menses.

Tres sunt formæ eligendi, prima per scrutinium electionis sue suffragiorum, ex qua necesse est, ut maior pars Capituli in eundem consentiat, quo deficiente opus est nouo scrutinio: secundus modus eligendi est per compromissum, si omnes in Capitulo potestatem eligendi idoneum committant vni vel pluribus viris bonis, ac Deum timentibus, & hi debent esse Clerici iuxta C. contingit de arbitris. Hæc vero potestas data compromissarijs reuocari non potest, si res integra non est, siue tractatus iam cœptus.

Com-

7^o Compromissarij vnus ex se ipsis eligere non prohibentur.

In scrutinio secreto si quis se ipsum eligeret censetur ambitiosus & eo ipso indignus; Ceterum si electio palàm fiat, tunc alijs se eligentibus tu consentire potes, ita vt tuum suffragium in numerum computetur.

NB. Compromissarij indignam electionem scienter ratam habentes priuantur ea vice iure eligendi & compromittendi.

Tertius modus eligendi est per inspirationem diuinam, dum omnes electores tanquam vno corde & ore in eundem absque vicio consentiant.

8^o Postulatio cum electione in his conuenit, quod qui eligere possunt, ij etiam postulare. 1. Postulatus sicut & electus debet approbari à superiore, postulantes indignam postulandi potestate priuantur, & potestas ad alios licet pauciores numero deuoluitur. Differunt vero Electio & Postulatio 1. qui eligi non potest, postulari tamen potest, si non omnino inhabilis ad exercendam Prælaturam, sed facile dispensabilem defectum habeat, puta in ætate legitima vel in natalibus, 2. in ordine ad prælaturam requisito.

9^o Beneficiarij Episcopo inferiores ad Episcopatum eligi non prohibentur, etsi verò decens sit, aliquem capitulariter eligi, qui sit de gremio Ecclesiæ, si ad id idoneus, ideoque alius ipsis obtradi nequaquam debet, si tamen Capitulares huic suo iuri renunciare volentes alium idoneum sponte eligant, non ideo electio cassari potest.

NB. Episcopus ad alium Episcopatum postulari debet, non eligi, nisi renunciauerit Episcopatu

quia cessat tunc ratio matrimonij spiritalis, quippe quod dissolutum est.

NB. Regularis ex vno Monasterio potest eligi in Prælatum alterius Monasterij eiusdem & ordinis, dummodo Prælatura non sit Episcopalis.

Et nemo potest eligi in Prælatum Regularium nisi professus.

NB. In Germaniæ locis quibusdam moris est, vt Episcopus loci sibi subiecti idoneo non inuento ex alio eiusdem ordinis Monasterio Prælatum instituat, quia si talis conuentus sit, vt nullum idoneum habeat ad Prælaturam plerunque periculum est, vt ne id quidem diiudicare possint Capitulares, quem nam ex alio Monasterio idoneum postulare debeant.

Postulantes variare seu mutare possunt consilium **10** priusquam postulario superiori præsentata est, cum nullum adhuc ius *in* acquisitum sit ei, in cuius gratiam postulatio concepta est; post præsentationem vero consilium variare non licet iuxta regul. 33. in 6. *Mutare quæ Consilium non potest in alterius detrimentum.* Quod si Electio facta sit absens & electionem non acceptantis non possunt electores variare, quia *actus præstiti ex debito officij* (vti sunt electio, collatio beneficij facta ab Episcopo) non possunt per penitentiam reuocari, argum. C. tibi absenti de parb. in 6.

NB. Superior sine cuiusquam iniuria postulationem reijcere potest cum sit specialis gratia, ad quam dandam nemo cogitur, nisi propter necessitatem Ecclesiæ.

De beneficiis Patronatus.

1 **I**us Patronatus est ius nominandi seu presentandi aliquem instituendum ad beneficium Ecclesiasticum vacans, ex tribus causis acquiritur, Ecclesiae fundatione, aedificatione & donatione sufficientium reddituum: NB. Aedificans dotare tenetur Ecclesiam alioquin Episcopus Ecclesiam consecrare non debet sine dote.

2 Patronus Ecclesiae tum vnicus esse potest, tum etiam plures, dummodo Ecclesiae detur dos competens quae sufficiat ad necessaria ministrorum & administrativa.

NB. Patronatus matricis est etiam patronus filia cum laico, licet à Laico aedificata. Quod si intra fundum alicuius Ecclesiae à Laico aedificetur & doteatur Capella (sicut hic S. Annae) acquirit etiam Ecclesia vna cum Laico ius patronatus.

3 Patronatus Ecclesiae efficitur etiam, qui post Ecclesiae consecrationem ei dotem assignauit, retrahitur enim Patronatus perinde ac si ab initio constitutus fuisset.

NB. Corruente in toto Ecclesia perit etiam ius Patronatus & si alius de nouo aedificet efficitur nouus Patronus, secus est, si saltem aliquali restoratione indiget, nam restauratores censentur tunc benefactores non patroni; Imò donans aliquid Ecclesiae sine animo dotandi, non fit patronus.

4 Duplex est ius patronatus; Ecclesiasticum (quod Ecclesiasticae personae competit ratione beneficij aut fundationis ex bonis Ecclesiasticis) Laicum (quod Laico seu Ecclesiastico ratione fundationis ex pro-

prijs patrimonialibus competit) & ex ijs super quæ Clericus licet sint bona Ecclesiastica, de consuetudine testatus est amicis.

NB. Laicus Patronus intra quatuor menses non præsentans amittit ea vice ius præsentandi, Ecclesiasticus intra 6. menses; quod si laicus & Clericus sunt patroni, tunc laicus gaudet priuilegio clerici.

Iuri Patronatus Laici ex fundatione, constitutione vel donatione non tam facile derogatur, quam iuri patronatus Ecclesiastico, nunquam enim derogatur Laico iuri etiam reservatione facta à Papa nisi specialis mentio fiat.

NB. Etiam si laicorum fiat mentio in clausula derogatoria, tamen non comprehenduntur Duces, Marchiones, neque si Laicus & Clericus simul sint patroni, nam æquum non est, vt aliquis ratione sui socij incommodum in re indiuidua sentiat.

In patronatu Laico Patronus variare potest (non item in Ecclesiastico) V. C. Postquam vnum præsentatur, etiam alterum potest, & tunc iudicio Episcopi relinquatur, vter eorum magis idoneus præferendus.

Patronus Ecclesiasticus indignum præsentans, priuatur ea vice iure præsentandi, sed Laicus patronus alium præsentare debet.

Patrono quatuor iura competunt; primò institutos ad beneficia vacantia Episcopo præsentare, Secundò, Honor præcipuus in sessionibus, processibus. Tertio, Alimenta in casu inopiæ ab Ecclesia recipere. Quarto, Ecclesiam defendere, & curam eius gerere. V. C. vt redditus Ecclesiæ non nisi ad vsus fundationis præscriptæ conuertantur.

Patronus Ecclesiæ seruitium seu onus Ecclesiæ 9
Zu impo-

imponere non potest contra sacrorum Canonum decreta, si tamen conditio aliqua honesta ante fundationem accepta fuerat, ea seruari debet.

- 10 Aedes sacrae & parochiales cura patroni debent reparari & conseruari non tamen sumptibus patroni, sed nisi proprii redditus pro Ecclesiae fabrica deputati sint, vel loci consuetudo aliud obrineat, ipsi met beneficiati ex superfluis redditibus contribuere debent, quod si ministri non habeant superfluos redditus compelli debent Parochiani. Cum enim ibi diuina percipiant, tenentur ad refectionem Ecclesiae.
- 11 Patronus Ecclesiasticus rationem administrationis rerum temporalium exigere potest, Laicos non item, sed solum habet eorum quoad defensionem.
- 12 Episcopus extra casum necessitatis non potest disponere circa beneficia cum prauiudicio iuris patronatus, secus si eius nihil intersit, Quod in necessitate possit, patet, quia Patronus non potest impedire magnam utilitatem Ecclesiae, cum ius patronatus ipsi ab Ecclesia ex gratia, non ex debito concessum sit.

Corollarium. Episcopus non potest absque consensu patroni Ecclesiam parochialem conuertere in collegialem, quia amitteret ius praesentandi Rectorem quippe electione constituendum, neque Episcopus (ob eandem causam) potest vnire beneficium patronatum sine consensu patroni.

NB. Si alienatio vel fructuum subtractio sine iusta causa fiat, potest patronus Ecclesiam eam impugnare, quippe ad cuius officium spectat

stat providere, ne beneficij fructus perperam infu-
mantur.

Foundationes & quævis ultimæ dispositiones si iu- 13
stæ ac rationabiles sint, mutari non possunt sine con-
sensu principis, qui in spiritualibus est Papa iuxta
Balduin. *Vbiunq; dispositio defuncti certa est, respectu cau-
sæ personæ, loci ab Episcopo alterari non potest.*

Hæres siue successor renunciare potest conditio- 14
nibus in sui tantum fauorem apposis, non item ijs,
quas ob cultum diuinum, ob sui memoriam familiæ
commodum fundator requisituit, nam piæ & hone-
stæ voluntatem obseruare naturalis æquitas postu-
lat V. C. In signia dotantis Ecclesiam non licet tolle-
re, vt nimirum memoria primæ foundationis perpe-
tuetur.

Sepulchra & insignia eorum benefactorum, qui 15
Capellam extruxerunt, tolli non debent, etsi familia
extincta sit, quia fundator deat in hominum memo-
ria viuere, præsertim Christianis, quippe qui hac ra-
tione excitantur ad orandum pro anima illius, nam
alioquin homines pij reuocabuntur ab eiusmodi
construccionibus.

NB. Sepulchra aliorum benefactorum Ecclesie
etiam non licet mutare nisi tota progenies sit extin-
cta, quia sicut morte vsufructuarij eiusque descen-
dentium redit vsufructus ad proprietarium, ita et-
iam ius sepulchræ mortuo benefactore eiusque hæ-
redibus redit ad Ecclesiam.

NB. I. Si fundator conditionem apposuit aliquam
etiam familia, ex gente & ad beneficium præsentandum
instituentimque esse, si idoneus adsit, non posse
tunc alium promoueri.

Episcopus sine causa necessitatis non potest vnus i 6

Zz 2

Eccle-

Ecclesiae reditus pro fabrica deputatos ad alterius indigentioris subsidium transferre: Ratio, quia Ecclesia pupillo comparatur, cum se ipsam defendere non possit. Quare sicut tutor non potest alteri bona pupilli cum eius detrimento donare; ita neque Ecclesiarum tutor Episcopus excepta plenitudine supremæ potestatis papalis; Excipe magnam redituum abundantiam Ecclesiae, item grauem necessitatem alterius Ecclesiae.

NB. Episcopus numerum Missarum fundatarum nisi temporis progressu reditus sufficientes non sint, mutare non potest.

- 17 Interpretari voluntatem fundatoris defuncti vel pro vna vice ob causam rationabilem & Ecclesiae vilem dispensare ad Episcopum cum hæc de fundatoris pertinet.

NB. Si fundator clarè expressit Capellaniam sacerdotio insignitis conferendam esse, modo autem se non offerat idoneus, nisi subdiaconus aliquis, qui intra annum sacerdotium accepturus est, potest huic conferri posse ex Patroni consensu, si id fieri possit absque diminutione cultus diuini, quia est iusta causa.

- 18 Ius Patronatus tum masculo tum feminae, puberæ & impuberi competere potest, etiam illegitimo. Quod si ius patronatus annexum sit doti bonæ uxoris pertinet ad maritum, in alijs bonis mulieris ad mulierem.

NB. Præsentatio Minoris valet sine auctoritate curatoris, quia cura ei non datur minori quoad Ecclesiasticam; De pupillo alia est ratio, quia tutor constituitur etiam ad actiones personæ regendas.

NB. Plures æquè idonei præsentati possunt sibi inuicem præferri ex voluntate Principis, Ratio, cum

enim omnia paria sint tunc gratificationi locus est, ait Abbas.

19 Possessor juris patronatus si bonæ fidei est valide præsentat, post litis autem contestationem de possessione iuris patronatus præsentatio admittenda non est.

20 Ius patronatus quatuor modis transferri potest successione, tam ex testamento, quam ab intestato donatione; Laico; Permutatione ex consensu Episcopi; Venditione V. C. Ciuitatis, villæ idque per accidens; Permutatione si fiat cum re spirituali V. C. cum alio iure patronatus idque consensu Episcopi si cum Laico, quia interest Ecclesiæ, ne nouum patronum deteriorem acquirat.

21 Dominium aliquod propter annexum ius patronatus maiore precio vendere, Simoniacum est.

NB. Nec per locationem fundi nec per oppignorationem acquiritur conductori ius patronatus, quia per locationem & oppignorationem dominium rei non transfertur, ideoque alienationis nomine non comprehenduntur; tamen potest debitor patronus creditori fundum hypothecæ nomine possidenti committere vt nomine suo præsentet.

C A P. XIV.

Derequisitis qualitatibus beneficiandorum.

1 Ad omnia beneficia simplicia requiritur secundum Trid. ætas inchoata 14 an. iure antiquo etat ætas septennij completa, saltem in Ecclesijs, quarum Canonatus non habent annexum ordinem sacrum ad beneficia duplicia, puta dignitates si non sunt curata requiritur ætas XXII. an. Completorum. Ad Abbatiam 25 anni inchoati. Ab Abbatissam 30. anni completi. Ad Episcopatum 30. anni completi.

Zz 3 NB.

NB. Consuetudo illa, quæ in multis Ecclesijs vel-
get, vt ad Can. Ecclesiarum Cathedralium assuman-
tur, qui 14. an. ætatis attigerunt cum obligatione re-
citandi horas, vt interim redditus beneficij dimidios,
seu integros accipiant, defendi potest, tanquam non
repugnans Trid. Quia Trid: non præscribit certam
ætatem canonicatibus Ecclesiarum; Deinde ablen-
tes studiorum causa censentur seruire Ecclesiæ, quia
student, vt Ecclesiæ postea melius seruiant.

2 Ad beneficia requiritur clericatus siue prima
tonsura.

NB. Quædam beneficia sacerdotalia sunt; quæ-
dam diaconalia, quæ vel iure, vel consuetudine or-
dinem vel sacerdotalem, vel diaconalem requirunt.
Et quidem iure communi necesse non est ordinem
ad beneficium requisitum actu habere, sed satis est, si
sacerdotium intra annum suscepturus sit. Episcopus
tamen dum eligitur debet esse subdiaconus. Quod
si in fundatione alicuius Capellaniæ requiratur Ca-
pellanus, qui per se ipsum celebret benigne & iuri
communi conformiter id explicari posse videtur, sa-
tis est, si intra breue tempus ordinem sacerdotij sus-
cipere possit, nisi aliud fundator expresserit (V. C. in
nostra vnione altarium.)

Quod si fundator requirat solum certum nume-
rum Missarum, vel vt Capellanus ad tale beneficium
promotus, toties sacrificet, non censetur Capella-
niæ sacerdotali seu actu, seu aptitudine & nihil ob-
stabit, quominus alicui conferatur, qui non per se,
sed per Vicarium sacrificaturus sit, nisi aliam fuisse
fundatoris voluntatem, liquidò constet. Ratio, quia
si fundator de beneficio expressè nihil disponat re-
linquit illud dispositioni Ordinarij.

Instituendus ad beneficia ex legitimo matrimonio esse debet, vel saltem à Papa, aut alio habente Ecclesiasticam ad id potestatem legitimatam 6

NB. Episcopus potest dispensare cum Spurio, si solum ad beneficia simplicia & minores ordines instituendus, quod si à Papa eiusve legato etiam ad cathedralem Ecclesiam, nisi consuetudo obster.

Illegitimus dispensatus absolute ad beneficia 4 non ideo censetur habilis ad beneficia curata aut dignitates, quippe in quibus maiorabilitas requiritur.

Filius illegitimus in eadem Ecclesia, ubi eius pater 5 beneficium obtinet, aut obtinuit, institui aut ex officio ministrare non potest: Excipe nepotes, nam in materia pœnali (qualis hæc constitutio facta est in ordinem paternæ incontinentiæ) non comprehenduntur nepotes, accedit quod ratio abolendi memoriam incontinentiæ paternæ magis procedat in filio, quam in nepote ex filio, potest tamen ministrare ex deuotione.

Filius legitime natus & nepos non potest patri 6 suo in eodem beneficio immediate succedere, quia in beneficiis ea quæ hereditaria successione imaginem referant sacris constitutionibus sint odiosa & patrum decretis contraria Pater tamen potest filio succedere suo legitimo siue illegitimo, sed non eadem Ecclesia ubi filius minister est de facto.

Quarta qualitas est cælibatus, nam coniugatus ad 7 Ecclesiastica beneficia admitti non debet, nisi forte cælibatam voueat perpetuam, & qui unicam virginem habuerit uxorem.

Quod si beneficiatus valide contrahat matrimonium, ipso iure amittit beneficium, ut pote sit in-

capax beneficij; etiam si vxor matrimonio non consummato Religionem ingrediatur. *Quia ius semel extinctum non reuiuiscit, est causa extinguendi postea cesset.*

Quod si inualidè contrahat per Iudicis sententiam priuandus est, nisi in eo dispensetur.

Quod si Clericus in minoribus sine parochi presentia contrahat non amittit ipso iure beneficia, quae possidet iuxta Sanchez. Ratio, cum enim presentia parochi pertinet ad formam substantialem matrimonij eâ intermissâ non potest censeri matrimonium contractum celebrasse, sed potius sponsalia de futuro, per quae beneficia non amittuntur.

8 Per religionis ingressum ipso iure vacare incipiunt omnia beneficia ante habita. Nouitio autem pro tempore durantis nouitiatus constituto vicario beneficia seruari debent. Not. Non irregularis aut idiota debet promoueri.

9 Necesse non est, vt qui beneficium Ecclesiasticum accipit, propositum omninò absolutum habeat in statu Clericali manendi, sed sufficit voluntas conditionalis; Ratio, quia ex vna parte prouisus non dolosum animum adfert, cum verè habeat voluntatem perseuerandi (nisi periculum incontinentiæ timeatur aut vnicus frater in magno stemmate moriatur) ex altera vero parte Ecclesia talem voluntatem conditionalem non damnat.

10 Qui beneficium Curatum suscipit sine proposito intra annum sacerdotium accipiendi si non promoueat, omnes fructus perceptos restituere debet; Ratio, quia Ecclesia cum tali onere curatum beneficium confert, vt obligatus sit intra annum sacerdotium suscipere, si non; fructus perceptos restituere debeat. Episcopus tamen cum huiusmodi promotio

ratio

ratione studiorum ad tempus septennii dispensare potest.

Qui beneficium non curatum accipit cui obligatio sacri ordinis annexa est debet habere propositum saltem conditionale nisi aliqua rerum mutatio interuenierit, intra tempus iure requisitum se habilem efficiendi, alioquin peccat mortaliter (quippe omni iure se habilem efficere obligatus propter annexam obligationem officii quod sumptum) ad fructuum tamen restitutionem non tenetur, quia ius Ecclesiasticum talem fructuum restitutionem non imperat.

Qui simplex beneficium cui nullus sacer ordo annexus est, eo animo accepit postea ad statum secularem transiturus peccat quidem, sed non mortaliter per se loquendo, ratio; quia iura eiusmodi beneficiato liberam permittunt licentiam ad statum secularem transeundi, veniale tamen est, quia repugnat naturæ beneficiorum institutorum pro iis, qui diuino cultui se penitus dicarunt, deditque is Ecclesie aliquod detrimentum, quod hac ratione ministris idoneis, quos longo tempore aluit, spoliatur.

CAP. XV.

De peccatis aliisque incommodis ortis ex provisione indigni.

Mortale peccatum est Ecclesiasticum beneficium indigno conferre, si dignus haberi potest, patet tum ex gravitate pœnarum quæ canonico iure indignæ electioni decretæ collationique tum ex incommodis, quæ exinde Ecclesie accidere solent,

Zz 5 ob mi-

ob minus malum tum euitandum indigno, si dignum haberi non possit, licebit conferre, prouisus tamen operam dare debet, vt se dignum & idoneum reddat; Irrita tamen est collatio ei, qui non ætatis legitimæ aut spurius, aut incultis moribus, aut idiota, nescius legere. Quia literis carens non potest, quod si sciat legere valida est collatio, licet non intelligat, sed rescindi potest; si spes sit discendi potest dispensari.

2 Inualide prouisus in conscientia obligatus est, beneficium resignare, quãdoquidem nullum in beneficium ius habet, nisi vel tituli reuadationem impetret ab eo qui potestatem habet, v. c. Episcopo si Papa manus non apposuit. Quod si Episcopus potestate præditus dispenset in defectu, non ideo titulus semper re validatur nisi defectus occultus fuerit.

3 Inualide prouisus, donec ei titulus reuadetur administratione beneficii abstinere debet, ne in vitij intrusionis incurrat, postquam verò titulus reuadatus, recuperat fructum, si secundum Ecclesiæ morẽ, vacantis beneficii fructus ad successorem pertineat, quod si impedimentum ignorauit, non tenetur fructus perceptos restituere nisi extantes, quamuis etiã vsucapione triennali horum fructuum dominium acquirere possit.

4 Inualide prouisus, si beneficium spacio triennali cum bona fide & titulo colorato pacificè possedit, postea tutus etiam in conscientia est, nam alioquin regula illa & beneficium Papale peccandi pluribus occasionem ministraret, nec deest institutio legitimæ autoritaris, quia Papa generali lege confirmando titulum coloratum in triennali bonæ fidei possessione censetur beneficium de nouo conferre.

5 Triennalis possessio prodest possessori si vitio-

sum beneficii titulum habeat per ignorantiam facti non iuris, v. c. si eo ignorante simonia ab altero commissae est, nam iuris error in vsucapionibus negatur prodesse.

NB. Triennio possidens beneficium etiam si mala fide, sit eius dominus iuxta Sauer. Id intelligitur, quod possessor aliquando allegando triennaria possessione intentionem suam fundatam habeat, atque aduersarium exceptione repellere possit. Interim beneficiatus non obstante illa possessione Episcopo postulanti titulum beneficii semper exhibere tenetur.

Beneficium conferre digno praetermissio digniore est peccatum, nisi causa subsit, licet non semper mortale, quia committitur peccatum acceptionis personarum iuxta Ecclesiasticum cap. 42. Consistit autem hoc peccatum in eo, quod aliquis in iure dicendo vel disputatione bono um non attendit ad causam, sed ad personam iuxta Leuitic. 15. *Non confideres personam pauperis, nec honores vultum potentis: recte iudica proximo tuo.*

NB Peccatum acceptionis personae non committitur, nisi antecedat aliquod debitum iustitiae.

Patronus laicus satisfacit muneri suo, si dignum praesentet, siquidem specialis hic fauor ratione fundationis illi concessus est, vt, quem voluerit praesentare, praesentet, dummodo positivae agnoscat eum dignum, alia ratio est de patronis Ecclesiasticis quibus ex officio incumbit Ecclesiae quam optime prospicere.

Ad prelaturam eligi debent, qui de gremio Ecclesiae sunt, quia tales magis diligunt Ecclesiam in qua nutriti sunt, & ad alia beneficia potius indigenae, quam alienigenae promovendi.

Gravi-

- 9 Grauitèr peccari potest, si officia secularia iurisdictionem, vel administrationem habentia indigno conferantur, cum exinde Respubl graue nocumentum accipiat.
- 10 Episcopatum aliamue Prælaturam appetere principaliter propter Dei honorem, atque salutem animarum, secundariò verò propter temporalia bona non est illicitum, si debitæ conditiones adsint, si scilicet dignus iuxta Apost. 1. Tim. 3. *Qui Episcopatum desiderat, bonum opus desiderat.*
- 11 Ad Prælaturam acceptandam qui idoneus est à superiore suo cogi potest imò interdum naturalis obligatio incumbit ad acceptandum.

C A P. XVI.

De numero Canonorum, aliorumue Conuentualium augendo vel minuendo.

- 1 **S**I numerus Canonorum in Ecclesia determinatus non est, tot in Ecclesia institui debent, quod ex redditibus honestè ali possunt, sed ultra Ecclesie facultates cogi non debent, vt aliquem recipiant, quare contra superiorem excipere possunt, etiam vnus Canonicus se potest opponere quia iusta causa utilitatis Ecclesie suæ nititur.
- 2 In Monasteriis præsertim Monialium plures accipi non debent quam ex redditibus ali possunt.
- 3 Ob modicum reddituum incrementum aut decrementum non debet numerus instituendorum mutari, quod si notabiliter decrescant, reditus potest diminui numerus etiam non obstante confirmatione Papæ, cum confirmatio Papæ intelligatur, si res in eodem statu maneat.

Reditus

Reditus præbendæ abundantioris Episcopus de-
trahere potest alteri applicandos: ratio: quia Cano-
nici non possident præbendas iure proprio, sed iure
Ecclesiæ; Conuenit tamen, vt hæc subtractio fiat
vacante beneficio.

Si numerus Canonorum in Ecclesia aliqua de-
terminatus non est, non vacat Canonicatus morte
alicuius, neque deuolutio fit ad superiorem ob ne-
gligentiam instituendi intra tempus semestre, nec
refert etsi longo tempore fuerit consuetudo tot mo-
nachos recipiendi quia consuetudo consistens in a-
ctibus meræ facultatis siue liberæ voluntatis non in-
ducit legem, v. c. si 40. annis ad tuum molendinum
accessi non ideo obligationem contraho. Interim
superior potest cogere Prælatum & Capitulum vt
nouos suscipiat secundum facultatem reddituum.

CAP. XVII.

*Quibus modis beneficia amittantur &
vacent.*

Ecclesiastica beneficia vacant. Primò, per mor-
tem naturalem beneficiati in electiuo confir-
mato & acceptato beneficio siue per se, siue per a-
lium. Secundò, ob iuris dispositionem, puta si be-
nificiatus Episcopatum vel aliud beneficium incō-
patibile accipit, vel Religionem professus, vel crimē
parauit post iudicis sententiam, & promotus ad pa-
rochiam intra annum sacerdotium not. accipiat, an-
te sententiam iudicis cogitur dimittere parochiam.
Tertio, per iudicis sententiam ob crimen homici-
dii, periurii, hæreticorum, fautoris. Quarto, per li-
beram renunciationem.

Discri-

- 2 Discrimen inter priuationem beneficii ipso iure latam, & eam, quæ per Iudicis sententiam inferenda est, quippe quod si beneficiû vacare debeat per sententiam Iudicis, nec fructus ante percepti auferantur condemnato, nec resignatio aut commutatio beneficii ab eodem facta rescindi potest.
- 3 Renunciatio est spontanea beneficii dimissio coram legitimo superiore id acceptante.
- 4 Si alicui facultas commissa sit conferendi beneficia, non ideo censetur commissa potestas resignationes accipiendi, sed cui iure ordinario collatio competit ad eundem etiam ferme pertinet resignationes accipere.

NB. Episcopus volens ingredi religionem debet petere licentiam à Papa.

NB. Renuncians beneficio coram alio, quam superiori, etsi titulo non statim excidat, tamen potest priuari per superiorem, nisi is re adhuc integra reuocari resignationem.

- 5 Duplex est renunciatio. Expressa (vbi verbis.) Tacita (facto) puta si beneficiatus matrimonium contrahat, militiæ nomen det. Expressa vel fit pure, aut conditionatè, conditionata vel fit in gratiam certæ personæ, vel causæ permutatiõis.

- 6 Resignationes beneficiorum coram Episcopo pure fieri debent, & non cum conditione, vt certæ personæ conferantur; ratio, quia alioquin periculum est, ne beneficiorum resignationes speciem quandam successionis hæreditariæ acquirant, quod iura canonica valde detestantur. Quia succedens in beneficio non sortitur id à defuncto, sed à superiore consensente iuxta Ab. Potest tamen resignans, adire deputatiõem, vt certæ personæ conferatur.

NB. Re-

NB. Resignationes conditionatae scilicet permutationes possunt etiam fieri coram patrono, collatore inferiore, Praelato etiam carente iurisdictione idque per consuetudinem.

Qui beneficia permutant ius proprium reale & 7
 pacificum in iis habere debent.

NB. Nemo ne quidem cum ordinarii consensu potest permutare ius suum, quod aliquis habet ratione expectatiuae, quandoquidem beneficiorum quæfirorū non quærendorum permutatio permittitur.

Criminosus aut irregularis ante sententiam priuationis validè beneficium suum resignat, seu purè, seu conditionate, etiam si criminosus sit accusatus, quia tali casu lis nō est super beneficio sed super crimine. 8

NB. Parochus non post annum, sed intra & ante finem anni si sacerdotium suscipere neglexit, potest adhuc permutare, quia adhuc ius in beneficio obtinet.

Si infirmus beneficium resignet & intra dies viginti decedat, non censetur vacare per resignationē, sed per mortem beneficiati. 9

C A P. XVIII.

De Pensionibus.

Pensio est pars aliqua beneficialium reddituum ad 1
 tempus alicui legitima auctoritate constituta.

Pensio alia Clericalis est, & alia Laica, quæ ob 2
 temporalem aliquam causam (syndico) constituta laico etiam competere potest. Pensio Clericalis duplex est prior simpliciter spiritualis, quæ cōcionatori cooperatori datur, & altera mixta seu media, quæ clerico seni ob senium, ob infirmitatē loco alimentorū assignatur, vel ob querosam causam, vel quia aliquis
 lite

lite beneficiaria cedit, vel quia beneficium resignat
reſeruata ſibi cum authoritate Episcopi penſione,
vel quia beneficium ſuum cum altero tenuiore per-
mutat. Penſio clericalis (non tarda) requirit ſtatum
Clericalem.

- 3 Ob cauſam ſpecialem, v. c. ſenium resignantis ob
compositionem litis, Episcopus penſionem deſi-
gnare poteſt, ſed talis penſio male penſionarii ceſſa-
re debet.

NB. Episcopus resignanti beneficium in fauorem
alterius perſonæ penſionem deſignare non poteſt
communi iure, cum neque resignationem talem re-
iicere poſſit, ſed à ſuperioris ſolius voluntate pro-
uenire debet, vt penſio ob iuſtam cauſam puta ſenium
deſignetur.

- 4 Episcopus cum Capitulo ob cauſam neceſſitatis
vel magnæ vtilitatis fructus ex beneficio abundan-
tiore ſubtrahere non prohibentur, & v. c. Eccleſiæ
fabricæ applicare, dummodo ~~die~~ beneficium cui
detractio fit, abundet. Nam *alioquin non deet vni
altare diſcooperire, vt aliud cooperiatur.* ait Abb. in c. pa-
ſtoralis n. 3. de his quæ fiunt prælatis, &c.

Quod ſi ſit beneficium patronatum, conſultum
eſt requirere conſenſum patroni. Quod ſi penſio nõ
ſit moderata patronus poteſt reuocare.

- 5 Episcopus penſionis deſignatione aut fructuum
ſubtractionem facere debet, ante beneficii collatio-
nem, nam ſi faciat eam in ipſa collatione, requiſito
conſenſu beneficiati periculum eſt pactiõis Simo-
niacæ, quando ex tali fructuum ſubtractione vili-
tas aliqua in collatorem directe vel indirecte redun-
dat.

NB. Poſtquam cauſa ſubtractionis fructuum ceſ-
ſauit

fauit, iterum beneficia sine diminutione conferri debent.

Pensio non nisi moderata constitui debet, quæ 6
 pleunque est tertia pars fructuum vt tantum ma-
 neat beneficiato, vt honeste statum suum conserua-
 re possit: Alioquin si Parochiæ nimis tenues redditus
 habent, viri docti fugientes labores ad otium & pin-
 gues Canonatus aspirabunt, Ecclesiæ autem ho-
 minibus indoctis committi debebunt non sine po-
 puli spirituali detrimento.

7
 Spectato iure communi pensarius obligatur ad
 subsidium charitativum, & similia onera realia se-
 cundum proportionem reddituum quos accipit, quia
 qui sentit commodum debet & onus sentire. Con-
 suetum tamen ferme est, vt pensiones libere desi-
 gnentur, aded vt totum onus ad titularem siue re-
 ctorem beneficii pertineat.

TRACTATUS TERTIVS.

De iuramentis & periurio.

CAP. I.

De notione & definitione iuramenti.

Iuramentum (dictum à Iure, quia quod cum iura-
 mento asseritur aut promittitur instar firmissimi
 iuris seu decreti haberi debet,) est inuocatio diuini
 nominis in testimonium alicuius rei.

NB. Finis iuramenti est confirmatio rei dubiæ iu-
 rta Hebr. 6. Omnis controuersiæ finis ad confirma-
 tionem est iuramentū, cum enim particularia facta

Aaa

& pro-

& promissa hominum sæpe incertæ veritatis sunt, quæ que per necessariam rationem confirmari possint, ideo solent confirmari per testes. Verum humanum testimonium sufficiens non est ad eiusmodi confirmationem; partim propter defectum humanæ veritatis; quia homines sæpe mētuntur, partim propter defectum cognitionis, quia homines nō possunt cognoscere occulta; cordium, nec absentia, de quibus tamen loqui solemus, & expedir humanis rebus, vt de his etiam aliqua certitudo habeatur. Quamobrem necessarium fuit recurrere ad diuinū testimonium, quia Deus nec mentiri potest, nec cum aliquo dicit, non tamen absolutè petitur à Deo, vt dicti veritatis actuali aliquo signo statim contestetur, sed si voluerit, quando voluerit saltem, cum illuminabit abscondita tenebrarum.

2. Quod per falsum Deum fit, iuramentum per se loquendo obligatorium non est, nam iuramentum inuentum est ad confirmandam veritatem, quatenus fieri potest testimonio infallibilis cuiusmodi est solius veri Dei.

3. Ad iurandam animus siue intentio requiritur, non sola verba, imò solo animo iurari potest absque externo signo, v. c. qui cum intentione iurandi dicit *in veritate hoc faciam*, dummodo sit ipsi animus Deum in testem inuocandi.

4. Ad rationem iuramenti requiritur, vt non meram assertionem veritatis contineat, sed petitionem seu inuocationem testimonii diuini, quare si solummodo enunciatio dicatur tacita *Coram Deo hac dico*, Deus scit, me verum dicere: Deus videt, ita esse, Deus mihi testis est, non sunt iuramenta, tamen hoc vltimum frequentius vt iuramentum accipitur ex moribus etiam lo-

quæntis potest conici, vtrum is frequenter, an vix
vquam iurare soleat.

In vocatio testimonii diuini tum explicitè fieri
potest (v.c. per Deum iuxta Apostolum. i. Cor. i. Te-
stem Deum in ioco) tum implicitè v.c. per creaturas,
non simpliciter, sed vt in Deum relatas, prout in iis
diuina potentia specialiter elucet iuxta Deut. 32 & 4.
Testes inuoco cælum & terram. Et Matth. 5. Per cælum,
qui thronus Dei est, per terram, qui scabellum pedum eius.
Simili modo per Euangelium iurari solet, quippe in
quibus infallibilis Dei veritas nobis manifesta con-
tinetur.

Tantò decentius est iuramentum per creaturam,
quandò illa sanctior aut excellentior.

Cum in sacris canonibus sub excommunicatione
prohibetur iuramentum per creaturam, intelligitur de
gentilium iuramentis) per Iouem, solem, idque pro-
pter simulationem & scandalum. NB In excretorio
iuramento per creaturam (per animam) in quam Deus
iudicium exerceat, nisi verum sit, quod dicitur, mi-
nus periculi superstitionis aut scandali subest.

C A P. II.

De quibusdam iurandi formulis.

HÆ sunt veræ formæ iurandi, per Deum ita est,
Deus mihi testis esto, item *Auff mein Ahd!*
in foro iudiciali, quando iudex dicat: *Gelob an auff
mein Ahd!* id est, promitte mihi iuratus, quia hæc est
iudicis intentio iuramenta exigentis. Et ista verba
etiam in vulgari sermone iuramentum continent, si
deliberate proferantur, quia ad iurandum satis est,
velle verba usurpare eo sensu, quo secundum
aliorum ita iurantium consuetudinem usurpari so-
lent. Hæc autem consuetudo videtur Germanorum;

Aaa x vt for-

vt formula illa *auff mein Ahd* / pro iuramento usurpetur. Ergo, nisi de alia usurpantis intentione constet. *bey meiner Treu* secundum Theologos non est iuramentum, quia qui dicit per fidem meam hæc faciam, non de fide Christiana sed de moralis loquitur.

2 Fides à sacerdotibus interponi solita per sanctam crucis consecrationem, non est propriè iuramentum (quia Sacerdotes ex leui causa iurare non debent) sicut nec fides à Principibus interposita, quamuis in externo foro, vbi iuramenta accipiuntur, & obseruari iubentur, v. c. *bey vnsern geistlichen Wunden*: Ratio; quia in totius Clericalis & Sacerdotalis status grauem ignominiam cedit, si fides tali modo ac forma data violetur. & apud Principes *bey vnsern Fürstlichen adelichen Ehren* / quia in eiusmodi personis fidei principalis seu excellentis loco iuramentum esse censetur.

3 Homagium (sacramentum fidelitatis) quod Vassalli Domino suo & Clerici feudum temporale habentes præstare debent est propriè iuramentum.

4 In veritate item in conscientia mea non videntur esse iuramenta, quia est simplex assertio, seu prælatio hominis vera loquentis: Alia est ratio si dicas: In veritate Dei ita est; Et, tam verum hoc, quam verè Deus est, quia his loquendi modis diuina veritas inuocatur.

C A P. III.

Vtrum licitum sit iurare.

1 Iuramentum si debito modo fiat est actus virtutis Religionis iuxta Deuteron. 1. *Illi soli seruius es per nomen eius iurabis*; ratio, quia pertinet ad colendum Deum.

Dei eius infallibilem veritatem agnoscere & prædicare.

Christus docens, *Ego dico vobis, non iurate omnino*, 2
Matth. c. 5. mandat sine necessitate iurandum non esse propter periculum periurii, & propter irreuerentiam, quæ committitur contra Deum iurando leuiter & sine causa.

Juramentum religiosum duas condiciones habere debet veritatem & iustitiam & iudicium siue discretionem & reuerentiam. 3

CAP. IV.

De diuisionibus iuramenti.

Juramentum aliud est necesse, quod à superiori ad inferioram litem ad criminis purgationem, &c. deferretur: Aliud est voluntarium quod spontè suscipitur ex partium conuentione. Item aliud est iudiciale & aliud est extraiudiciale. 1

Præterea iuramentum aut est verbale, quod fit per verba diuini nominis contestationem expresse, vel virtualiter significantia aut reale, si solo tactu Euangelii, aut digitorum eleuatione à muto exprimitur, imò per consuetudinem etiam à petentibus loqui: Aliud mixtum (corporale) quod præter verba etiam tactum Euangelii continet, utpote maiori reuerentia præstandum: Violatio huius grauior uti & obligatio. Aliud iuramentum est simplex, aliud solemne, canonico tactu Euangelii. 2

Interdum iuramentum fit per simplicem nominis diuini contestationem; aliud verò per execrationem cum iurans sibi ipsi aliquid mali à Deo falsitatis vindice imprecatur, nisi verum, quod asseruit aut promittit: Sic Sanctus Paulus. 2. Corint. 1. 3

Aaa 3 testem

testem Deum inuocabat ad animam suam: *Vitacō*
simus etiam iurantis modus est; sic me *Deus* adiu-
uet, &c.

4 Præcipua iuramenti diuisio est in assertorium
(quo confirmatur dictum de præsentē, vel præterito;
Aliud promissorium, quo confirmatur dictum
de opere futuro. v.c. Iuro, me hominem non occi-
disse, imò me in Deum credere, est assertorium.
Iuro, me opem laturum, est promissorium, neque
obstat, quod alienum factum iuramento confirma-
ri solet ob probabilem cognitionem. (Clericus de
crimine infamatus, cui indicta purgatio canonica
tactis Euangelis iurare quidem tenetur de veritate,
alii tamen, qui vt testes innocentiae producuntur iu-
rant tantum de credulitate, existimare se, illum in-
nocentem esse.

NB. Periurus censerī non debet, si iurantis inten-
tio sit, duntaxat opinionis suæ maiorem probilitate
asserere, & iuramento confirmare velle licet talis est
persuasio incerta & in se falsa.

NB. In iuramento promissorio etiam includitur
assertorium, si iuramentum cadat super opus facien-
dum.

5 Iuramentum de opere futuro interdum est nu-
dum ac per se stans, v.c. comminatorium, quo alteri
pœnam commertam minamur, in eo enim nulla
propria inest obligatio ex virtute iustitiæ aut fide-
litatis; nihilominus ex virtute religionis erga Deum
obligatur iurans ad pœnam inferendam si licite
possit: Ita iuratio dandi Eleemosynam pauperi, est
nudum iuramentum, separatio ab obligatione ex
virtute iustitiæ.

6 Præuaricatio iuramenti simplicis, pura, si quæ

sine ulla promissione ac pacto erga alterum simpliciter iuret, se hoc vel illud facturum, cum contineat obligationem futuro tempore veram faciendi assertionem boni operis ob reuerentiam diuini numinis: Ideo vnicam ex genere suo mortalem malitiam continet. Sed confirmatorium iuramentum promissionis est vel erga Deum, (quod est votum iuratum, continens duplicem obligationem ex virtute religionis, videlicet promissa Deo fideliter reddenda, & nominis eius testimonium in vanum non assumendum esse) quare præuaticatio talis iuramenti duas diuersæ speciei malitias contra Religionis virtutem complectitur. Vel est confirmatorium promissionis erga hominem (quod est pactum iuratum, continens tum obligationem iustitiæ & fidelitatis erga promissarium, tum obligationem propriam iuramenti erga Deum; Et talis iuramenti præuaticatio est in duplici specie malitiæ contra Religionis iustitiam.) Vel est confirmatorium promissionis erga Deum & hominem, vt videre est in voto iurato dandi Eleemosynam pauperi, promissionem talem acceptanti, in quo tres obligationes continentur: duæ religionis erga Deum; tertiæ iustitiæ & fidelitatis erga hominem: consequenter præuaticatio eiusmodi promissorii iuramenti in triplici peccatorum specie consistit.

CAP. V.

De iuramento iudiciali.

Iuramenti iudicialis (in iudicio præstiti) plures sunt species. 1. Iuramentum calumniæ, quod principio litis, vel postea alterutra parte exigente

necessariò iudex deferre debet. Actori (vt iuret non calumniandi animo litem se mouisse, sed existimando bonam causam habere, Reo vero, vt iuret, se bona instantia vti ad reluctandum Imò vterque iurare debet, non exacturum se probationem, nisi quam pro veritate necessariam esse, existimabat, & quod nihil dederit iudici causa patrocinii.

Habet hoc calumniae iuramentum etiam locum in spiritualibus, & licet in prima instantia semel praestitum fuerit, postea in causa appellationis iterum exigere potest. Iuramentum etiam malitiae, v. c. quod malitiose non proponatur exceptio, petatur dilatio, Iudex semper exigere poterit, etsi antea de calumnia vel dicendi veritate iuratum fuerat. Porro nihil interest, vtrum Actor vel Reus per se, vel per procuratorem iuret, sed consentaneum est, vt procurator non tantum tunc in animam Domini, sed & in suam iuret cum & ipse extrahendo processum vel causam iniustam defendendo calumniari possit. Excepto, si siue syndicus, aut tutor aut curator, hi enim in propriam tantum animam iurare debent, si causae cognitionem habent.

NB. Licet partes inter se conuenire non possint, quominus calumniae iuramentum praestetur, quia tale pactum tanquam peccandi occasionem praebens iure reprobatur, sed quia, si tamen iuramentum calumniae neque à iudice nec à parentibus exigatur, sed tacite remittatur, non ideo iudicialis processus corrumpitur. Denique poena recusantis hoc iuramentum, cum praestandum fuerit, est, vt Actor ab instituta cadat actione. Reus autem haberi debeat pro confesso.

Aliud etiam est iuramentum quod dicitur in litem
idque

Idque triplex. I. Iuramentum veritatis, quia defertur ad intelligendam veram rei per dolum alterius amissam, quantitatem seu valorem, quando alia probatio deest, V. C. Si cista cauponi tradita, ab eodem restitueretur amoris seris aut sigillis, ita ut appareat, vel praesumptio sit de dolo cauponis, vel si damnum passus à fure, probato furto rei ablatae precium iuramento affirmet unde regula; si concurrant difficultas probandi quantitatem rei amissam, & odium delinquentis, standum est iuramento peritoris, qua simili ratione propter difficultatem probandi crimen admitti solent testes domestici, quamvis in alia causa non admitterentur.

II. Dicitur iuramentum affectionis. Si enim dolo alterius tua res amissa tibi chara V. C. codex, in quo notationes scripseras, tunc permittitur tibi eius precium secundum priuatam affectionem & utilitatem iurando in litem aestimare precium, praecedente tamen iudicis taxatione, ne in immensum ob affectionem iuretur.

III. Est iuramentum interesse singularis & extram pura si per accidens damnum incurristi, vel lucrum tibi exinde cessavit, quod nummi apud alterum depositi suo tempore restituti non fuerint V. I. quia frumentum carius emere coactus es, permittitur tibi hoc damnum tuum iuramento interposito aestimare.

Tertia species iuramenti iudicialis est, quod dicitur liris decisivum idque vel necessarium, quod ob inopiam plenae probationis in causa dubia à iudice defertur, siue ex officio, siue ad instantiam partis. Dicitur necessarium, partim quia iudex quandoque detere cogitur, partim, quia delatum sine iusta causa

recusari non potest. Iustę autem causę recusandi sunt, si Actor inentionem suam plenę probavit, vel Reus rem cognitam non habet, aut eius probabilem oblivionem allegat. Voluntarium autem iuramentum dicitur, quod à parte parti defertur; idque simpliciter recusari potest, si tamen sponte suscipiatur, parit exceptionem reo iuranti, Actori verò si iuraverit. Ceterum si iuramentum in iudicio à parte parti defertur iudice approbante, tunc quodammodo necessarium est, quia vel iurare debet is, cui delatum est (nisi iusta recusandi causa adsit) vel referre: alioquin lis contra ipsum decisa erit iuxta illud l. 38. ff. de iureiur. *Manifesta turpitudinis est, & confessionis, nolle nec iurare, nec iusiurandum referre;* quod non tantum de Reo, sed etiam de actore recte dicitur.

Veruntamen in actione famosa vt furti delatum ab Actore iuramentum Reo, non est licitum illi referre, quia in eius modi causis, V. C. furto clandestino Reus præsumitur melius scire veritatem, quam Actor; quare si accidat Actorem æquę informatum esse, ac Reum, tunc etiam in causa famosa licebit iuramentum eidem referre.

NB. Iuramentum à Iudice delatum non obest quominus propter instrumenta de nouo reperta, retractari sententia possit, & causa ex integro agi: Iuramentum autem à parte delatum, cum vim habeat transactionis, confert ad plenam litis decisionem vt amplius reuocari non possit, nisi causa sit, in qua periculum animæ vertitur, non remissibile partium consensu, vt si agatur de valore matrimonij; item si legatum vel fideicommissum sibi relictum fuisse aliquis iuraverit, idque postea producto instrumento falsum esse demonstratur. Ceterum in conscientia

foro idem dicendum est de alijs causis, id quotiescunque veritas aliter, quam in iudicio iuratum est, appareat, ea prævalere debeat, atq; iuramentum solum in ordine ad externum forum oppositionem litis transactæ & decisæ pariat. Equissimum tamen etiam in foro externo censetur, ut liceat nouo iudicio iurantem de periurio accusare, sicut etiã transactio, quamuis iuramento firmata retractari potest, si propter falsa instrumenta factam esse constet.

Iuramentum necessarium plerunque Reo & Actori deferendum est ad iuris decisionem. Ratio: Nam *favorabiliores Rei potius quam actores habentur.* reg. 115. ff. Et promptiora sunt iura ad absoluendum, quam ad condemnandum c. 3 de probat. Alioquin si in causa dubia Actor per iuramentum causam mox definire licet, omnes pænæ legitimæ probationis necessitas, etiam ea, quæ omnium gentium iure requiritur, ut *in ore duorum vel trium testium stet omne verbum.*

NB. Per suppletorium illud iuramentum tolleretur non sine multorum innocentium periculo: quia callidi homines eadem facilitate ad peierandum, qua ad calumniandum aggredierentur.

Porro iuramentum purgationis Reo præsumptione aliqua, etiam citra semiplenam probationem grauato in omnibus causis deferri potest, etiam in ijs, in quibus animæ periculum vertitur, neque obstat l. 4. c. de edendo. *Actore non probante Reus absolvitur nisi nihil præstiterit*, videlicet intellige probando, quamuis interim delatum sibi iuramentum sine causa recusare non possit.

Gl. in cit. §. sane: Cum Actor habet vnam bonam præsumptionem siue vnum bonum & honestum testem; tunc habito respectu ad quantitatem causæ, & qualitatem

tem

tem personæ, vt non sit præsumptio, quod pro tanto velit peierate; deferatur iuramentum ipsi Actori. Ad iudicis autem prudentis arbitrium pertinet vt consideratis causæ & personarum circumstantijs quandoque Actor iuramentum in probationis supplementum, atque ad litis decisionem deferat; vtrum V. C. Actor sit persona bonæ vitæ, Reus non item; Item vtrum causa sit criminalis (in qua clariores probationes requiruntur) an ciuilis, famosa item non famosa, vt & matrimonialis (in qua requiritur plusquam semiplena probatio, & quæ nulla exceptione vel coniectura probabiliter elisa sit.

C A P. VI.

De Materia & Obligatione promissory iuramenti.

1 Iuramentum de opere illicito nullam obligationem parit: Nam *iuramentum vt est vinculum iniquitatis* c. quanto de iureiurand & reg. § 8. in 6. Non est obligatorium contra bonos mores præstitum iuramentum, etiam quoad venialia. Ratio est, quia contradictionem inuoluit, vt aliquis obligetur ad patranda rem illicitam siue, quæ in se peccatum est, V. C. furtum, mendacium. Si enim peccatum est, tenetur iurans ab eo abstinere siue omittere: non potest autem simul facere opus & omittere: consequenter neque obligari ad faciendum.

2 Iuramentum illicitum sæpe obseruandum est, si sit de relicta, nam sæpe accidit, vt aliquis promittendo ac iurando peccet, quia lege aut præcepto prohibitum est; iuramentum interim si res promissa & iurata prohibita non sit sub peccato, utiq; executioni mandari debeat.

Iura-

Iuramentum de opere indifferente V. C. Tenolle
 ad illas ædes ire, si alia causa non adijciatur, nullam
 obligationem parit, quia actio humana, quæ secun-
 dum se, siue ex obiecto indifferens est, si in indiui-
 duo ad nullum finem referatur, manet otiosa, ideo-
 que mala, consequenter non potest esse obiectum
 iuramenti obligatorij. Imo etiam si actio nec bona
 nec mala iuxta alios, erit tamen nemini utilis maio-
 risque boni saltem pro eo tempore in quo exerce-
 tur, impediens, Ergo non pertinebit ad cultum diui-
 ni nominis, vt propter eius adductam autoritatem
 seu testimonium perfici debeat. Cæterum si aliud in-
 differens ad finem bonum referatur, erit opus vir-
 tutis & capax obligationis iuramenti religiosi V. C.
 si iures cum tali homine te non loquuturum aut æ-
 des accessurum peccati vitandi gratia erit capax ob-
 ligationis iuramenti.

Iuramentum de re illicita tamen si mutatâ circum-
 stantia licita fit non ideo conualescit iuxta reg. 18. in
 6 Non firmatur tractu temporis quod de iure ab initio non
 subsistit, V. C. I. Iuravit Titius sine causa, se has ædes
 nunquam ingressurum, postea superuenit iusta cau-
 sa nunquam ingrediendi quia inhabitatur à persona
 peccandi occasionem præbente, non ideo ille ab in-
 gressu abstinere cogitur virtute iuramenti, quod ab
 initio vanum & irritum erat. II. qui contra fidem
 primorum sponsaliorum secunda sponsalia iuratus
 contraxit priore sponsa ante nuptias mortua cogen-
 dus non est ad sponsalia, secundo: quippe quæ pro-
 missionem & iuramenta de re illicita continebant,
 ideoque ab initio irrita erant. III. Qui voto casti-
 tatis obstrictus, postea sponsalia absoluta quamuis iu-
 ratus contraxit post obtentam dispensationem in
 voto,

voto cogendus non est, ad seruandam fidem spoualiorum cogendus non est, quippe quæ à principio nulla fuerunt.

§ Iuramentum diuini duntaxat honoris intuitu conceptum est de opere minus bono, vel ab initio nullam obligationem adfert, vel arbitrarium iurantis in aliud opus melius conuertendum est, V. C. si iurasti, te hac hora oraturum, postea verò intelligis, gratius Deo futurum, si ægroto assistas potes mutare. Ratio, Nam iuramentum suscipit naturam, siue conditionem promissionis cui adiungitur. Ergo sicut promissio seu votum Deo editum de opere minus bono, Deo gratum non est, si eius directè oppositum melius existat, ita etiam dicendum de voto iurato.

Imò licet iuramentum sit nudum V. C. simpliciter iurasti, te matrimonium contracturum, nulla inde obligatio ad Deum oritur quia non pertinet ad diuini Numinis reuerentiam, vt fiat opus vnius bonum, omisso eius opposito meliore. Item si iurasti, te filium percussurum, postea autem iudices, melius esse abstinere à verberibus, non teneris iuramento, quia, V. C. mutatur status obiecti quia filius emendauit, veniamq; petijt, aut alius pro eo rogauit.

Item si iurasti, te ad sacram ædem peregrinaturum, potes deinde in opus melius mutare, quod Deo gratius V. C. vt patri ægroto assistas. Ratio est, quia Deus in cuius gratiam iuramentum editum est, censetur remittere eius obligationem, vt opus ei acceptius fiat, tam quia iuramentum in Dei duntaxat honorem conceptum, perinde ac votum, raram exceptionem habet, nisi ad maiorem Dei honorem cedat opus amittere aliudque præstare.

Iuramentum in gratiam alterius conceptum semper obligat si sine peccato prestare possis, iuxta reg: *Iuramentum homini praestitum seruandum est, quotiescunque sine peccato siue salutis dispendio seruari potest.* Etiam si fit solo interno animo conceptum. Addidi arbitrata iurantis mutationem fieri non posse in aliud opus licet melius. V. C. Iurasti Titio donaturum decem florenos, & si eos maiore fructu in pauperes erogare possis, tamen iuramenti religione obstrictus es, donec Titius tibi sponte remittat; siquidem omne iuramentum hac tacita conditione fit, nisi, in cuius gratiam iuretur, remittat; Censetur autem Deus remittere; at homo non praesumitur remittere nisi expresse remittat.

NB. Si quis iuret, puellam, se ducturum, non tenetur abstinere ab ingressu religionis; Ratio, quia iuramentum sortitur naturam actus, cui opponitur: Promissioni matrimonij tacta inesse solet conditio. Nisi religionem ingressus fuero. Ergo etiam iuramentum ita intelligitur.

Iuramentum de faciendo in alterius gratiam opere prohibito vel infirmato à legibus ciuilibus, obligationem parit saltem, sub virtute Religionis, si legis prohibitio vel infirmatio non obligat sub culpa. prob. quia Omne iuramentum editum in alterius vtilitatem seruandum est, si sine salutis dispendio seruari potest.

Exempl. I. Licet alienatio fundi dotalis secundum leges ciuiles prohibita sit, si tamen eam mulier sine vi & dolo iuramento confirmet, obseruandum est.

II. Transactio super relictis in testamento non valet, nisi inspectis verbis testamenti; At verò iuramento accedente vim obtinet talis transactio sine dolo inposita in causa dubia. Similiter transactio post re iudic

iudic

iudicatam nihil valet cum deficiat obiectum trans-
actionis, sed iuramento talis actio confirmatur.

III. Pactum renunciationis hæreditatis sue
succedendo in paterna hæreditate secundum legem
irrita est, sed iuramento accedente seruandum
est.

IV. Contractus Minoris siue consensu tutoris,
vel iudicis decreto in alienatione rerum immobi-
lium, iure ciuili irritus est, sed iuramento accedente
seruari debet.

V. Donatio facta sine insinuatione ultra 500. fl.
ciuili iure irrita est, iuramento confirmatur.

VI. Pactum siue promissio non reuocandi Te-
stamentum ciuili iure irritum est, quia liberam de
bonis suis testandi vsque ad mortem aufert liberta-
tem, quod ciuilibus moribus repugnat, Iuramento
tamen accedente seruandum est, nisi eius relaxatio
impetretur. Idem dicendum de donatione omnium
bonorum, licet ciuili iure non subsistat eò quod libe-
ram testandi facultatem auferat ob iuramentum in
religionem seruanda est.

VII. Donatio inter coniuges iure ciuili non sub-
sistit, sed iuramento subsistit.

VIII. Si mulier pro altero fideiubeat, non obli-
gatur ob priuilegium Senatus Consul: Velleianis ad-
hibito tamen iuramento cogitur implere.

IX. Quod quis ludo alearum perdidit ^{Casus}
iure soluere non cogitur, atque soluenti repetitio
conceditur, si tamen iurauit, se soluturum iuramen-
to obligatur.

X. Pæna sponsalibus adiecta, quæ à violatore fidei
soluenda sit, utroque iure reprobatur; si tamen iura-
mentum accesserit, obligationem parit.

XI. Pacta legis commissoria iure improbat, sed iuramento accedente obligationem parit.

XII. Pactum non utendi exceptione pecunie non numerata irritum est, si adiciatur in eodem instrumento accepti mutui, quia eadem facilitate tum ad confitendum, tum ad exceptioni renunciandum aliquis adduci potest.

XIII. Si filiusfam: pecuniam mutuam accepit, non obligatur ad soluendum ob beneficium S.C. Macedoniani nisi iuramentum accesserit, siue huic beneficio per iuramentum filius renunciarit.

Quoties cunque lex civilis, vel alia quæcunque sub peccato obligat, ne tale opus fiat, vel promittatur, tunc iuramentum de eo faciendo irritum est, quia iuramentum non est vinculum iniquitatis V.C. si iurasti, te crimen non manifestaturum Iudici legitime interroganti: non accusaturum de crimine Reipubl. pernicioso. Item si Clericus iuramento interposito renunciat fori privilegio aut Ecclesiasticæ immunitati, est enim tam pactio hæc, quam renunciatio illicita etiam in conscientia. Pactum seu promissio condonandi iniuriam aliudue crimen futurum, scandali turpitudinem continet: quamobrem iuramento confirmari nequit.

NB Leges prohibentes vel infirmantes aliquam promissionem seu pactionem, quarum finis proximus est commodum ipsorum paciscentium ne detrimentum aliquod patiantur, non solent eos obligare sub culpa: *Nam quod ob gratiam alicuius conceditur, non est in eius dispendium retorquendum: reg. 61. in 6.* Tales sunt leges siue privilegia concessa ætate minoribus & filijsfamil: ne ex contractu; item mulieribus, ne ex de iussione efficaciter obligentur, quibus pro-

inde renūciare possunt, si non validè, saltem licitè
vt insuper accedens iuramentum obligandi vim ha-
beat ex ipsorum etiam communi iurium disposi-
tione.

¶ At vero leges prohibentes aliquam pactionem,
quarum finis proximus est commune bonum Reipub-
l. V. C. quibus Clericorum immunitas, publico-
rum iudiciorum integritas, rerum ad communem
victū necessariorum copia conferuetur: eæ sub pec-
cato obligare solent: quare ne iuramento quidem ac-
cedente ijs contraueniri potest. Quia peccatum iur-
ta Bartolum, per quod tollitur ius priuati ipsi paci-
scenti publica auctoritate concessum, saltem ac-
cedente iuramento validum est, secus si tollatur ius
publicum: quia iuri publico priuatorum pactioni-
bus vel iuramentis derogari non potest. Præterea si
lex civilis aliquid disponat in fauorem aliorum, qui-
bus tali lege aliquid ius acquiritur V. C. vt liberis
certa bonorum paternorum portio debeatur, quæ
neq; donatione, neque legato in officioso immuni
possit; tunc tali dispositioni legis nullo pacto quauis
iuramento firmato derogari potest, quia tale iur-
amentum fouet iniustitiam ideoq; irritū & inutile.

C A P. VII.

*De obligatione iuramenti promissarij ob alterius
iniuriam prestiti.*

¶ **Q**ui iurauit alteri vsuras soluturum ex religio-
nis virtute obligatur, ne nomen Dei in testimo-
nium falsum adductum fuerit (ex iustitia non obli-
gatur, quia vsurarius nullum ius habet accipiendi vs-
uras iuxta regul. Abb. *Iuramentum obligat, et si turpi-
tudinem contineat tenentem se ex parte recipientis, non autem*

iurantis. Nec talis solutio peccatum continet, sed laudabilis, ut cognoscatur quantopere suorum verborum ac promissorum fidem seruās. Deinde licet peccare poterit iurans (inducens hominem ad vsuram sine necessitate) & sic iuramentum fuerit illicitum, tamen non fuit de re illicita.

Qui iurauit latroni iniquè exigenti pecunias solutum, iuramentum seruare debet (quia eiusmodi iuramentum non vergit in interitum salutis, sed honeste seruari potest) nisi iuramentum relaxetur, unde soluere debet, sed solutas in iudicio repetere potest, & petendo restitutionem in integrum, si autem soluens iurauit, se non repetiturum in iudicio, tunc quidem obligatur iuramento, quominus eisdem actionem instituire possit, sed de crimine accusare non prohibetur ad publicam vindictam seu punitionem.

Qui iurauit in carcerem iniustum se rediturum, obligatur iuramento etiam vitæ periculo; pro ob. quia talis reditus est opus virtutis fortitudinis, nec reditus est intrinsecè malum, sed tale quid, quod iusta causa cohonestatur, nimirum & implendam promissionis veritatem: sic, licet Princeps grauiter peccet sine necessitate, hæreticis promittens libertatem religionis, tamen iuratus seruare debet promissionem, Quia permittere hæresim non est intrinsecè malum, sed cohonestari potest necessitate cæderis publici obseruandi propter ius gentium cum aliquo in nulla inter homines societas tuta esse possit.

Matrimonium graui metu celebratum accedente iuramento non confirmatur, sed irritum manet. Ratio; quia non excedit limites potestatis humanæ cō-

tractum aliquem ob publicam vtilitatem adeo infirmare, vt neque iuramento confirmetur, cum alioquin legislatrix potestas finem suum efficaciter non consequeretur, si vna via contrahendi praclusa, altera via ad eundem contractum perueniri posset. Accedit, quod iuramentum sortitur naturam contractus cui adiungitur. Quare iuramentum appositum matrimonio extorto per vim grauem & iniustam V. C. Iuro, quod accipio te coniugem, tacitam conditionem habet sicuti talis acceptio de iure consistere potest.

S Error vel dolus quamuis antecedens sit & causa iurandi si versetur circa substantiam rei iuramento promissa, tunc neque promissio, nec iuramentum vllius roboris, Quia deficit consensus substantialis, V. C. si iures, te alteri donaturum annulum, quem putas esse ferreum, cum sit aureus. Quod si vero error vel dolus (quamuis antecedens) atque dans causam iurandi atque ab ipsomet, cui iuratur, non sine iniuria profectus, versetur tantum circa accidentalem rei conditionem, non obfirmat obligationem iuramenti, sed eius relaxatione opus est. Sumitur ex. 7. Iosua, de iuramento Gibeonitis praestito, quia iuramentum tale neque irritum est ob defectum consensus substantialis in rem, neque ob iniuriam, quia iniuria non tollit obligationem iuramenti, praeteritam, quae ex virtute religionis est ob invocatum numinis reuerentiam.

Quod si qualitas seu circumstantia, quae rei quidem accidentalis, aut extrinseca est secundum intentionem, tamen iurantis implicitam aut virtualem adeo intrinseca sed obiecto, vt in illud non feratur, nisi quatenus tali circumstantia aut conditione affectus

Actus est, cum ea deficiente, deficit etiam obligatio; Ratio, quia iuramentum non extenditur ultra ea, de quibus iurans cogitavit. V.C. Iurasti dotem te da u- rum puellæ, quia dicebatur cognata tua, postea in- telligis, te deceptum, non obligaris iuramento, si ex- plicita vel virtualis rationabiliter præsumpta volun- tas fuit, non nisi tali puellæ, qualis dicebatur, dotem promittendi: Nam vniuersim loquendo, *actus gen- erum, præsertim obligatorij, non se extendunt ultra eorum intentionem. V.*

C A P. VIII.

Vtrum pacta & Contractus alioquin irriti accessio- ne iuramenti confirmantur.

NON loquimur hîc de pactis iuramento initis, nam illa confirmari non possunt accessione iu- ramenti, cum iuramentum non sit vinculum iniqui- tatis, sed de pactis iure civili irritis, vtrum accessio- ne iuramenti confirmantur, ad eò vt etiam secun- dum forum externum ius & actionem tribuant ob- iuris iurandi religionem.

Pacta & contractus alioquin civili iure irriti, aut minus efficaces interdum accessione iuramenti fir- mantur, V.C. Contractus Minoris, alienatio fundi dotalis, donatio facta coniugi, vel actio ultra quin- gentos solidos.

Si promissio vel pactum ex parte coniugalis vel acceptantis turpitudinem continet appposito iura- mento haud confirmatur, vt exinde actio & com- pulsio oriatur. V.C. si vsurario vsura cum iuramento promissa sit, Iudex in externo foro non debet com- pellere ad solutionem, cum vsurarius nullum ius ac-

cupiendi habeat. Quare potius cogendus est, iuramentum remittere, atq; eo inuito ipse iudex relaxare poterit. Item *quae per vim, vel per iustum metum extorta iuramenta nullius esse momenti subemus.*

3 Qui in iniusta à priuato adactus est ad promissionem iuratam facile liberationem impetrat, potest enim statim ad iudiciale forum confugere, vt nisi aduersarius iuramentum speciale remittat, à iudice cogatur, aut ipse iudex relaxet. Nam *qui vim intulit, meretur vt ei promissum non seruetur.* In conscientia tamen ob reuerentiam diuini Numinis obligatur ad promissionem seruandam, sed non in externo foro, quia in iudicio non datur actio aduersus eum, qui ita iurauit, quia potius si eum soluit in integrum restituitur idq; in odium iniusti actoris, ne ex iniquitate commodum ferat, & ob defensionem innocens & Reipubl. tranquillitatem id expedit.

4 Non tantum propter turpitudinem siue iniuriam promissarij sed etiam ob aliam causam ad bonum publicum pertinentium, Magistratus ita aliquot contractus pro irritis habet, vt ne iuramenti quidem accessione confirmentur, actionemq; pariant, sed nihilominus infirmari possint. Ratio, quia vt contractus, qui alioquin minus validi sunt, appositione iuramenti ita confirmentur, vt ius actionemq; tribuant, id non prouenit ex virtute iuramenti præcise, sed ex iure positiuo talem iuramento vim tribuente. Ergò si ius vel consuetudo vim legis obtinens, nolit contractum iuramento confirmari, sed ei nihilominus resistat, non potest tunc iuramentum eiusmodi effectum gignere. Causa autem rescindi non solet, ne ex pacto ciuilibus moribus repugnante ansa seu occasio peccandi præbeat. V.C. Exemplum habes in pacto

pacto futurae successionis seu promissionis vltimae voluntatis non reuocandae, quod adeo civili iure improbat, ut neque iuramento confirmetur, eò quod aniam præbeat captandae mortis alienae; Ita si duo paciscantur inter se de hæreditate tertiæ personæ censetur esse pactum contra bonos mores, ut neque iuramento confirmetur, idque propter machinationem mortis illi tertiæ personæ.

Cæterum si eiusmodi conuentioni iuramentum accesserit, obligatio inde confurget, ex religionis saltem virtute quandoquidem tale iuramentum secundum se obiectum illicitum mandari potest.

Actus, gestus contra antecedens iuramentum validus est, modo is pendeat ex mera facultate agentis, licet agens agendo periurus sit. Ratio, quia non obstante iuramento promissorio & personali contracta obligatione, non faciendi aliquid, manet nihilominus homo innaturali libertate, per quam possit facere, quod non facturum se statuit, promisit ac iurauit. Exempl. I. Matrimonium de præsentibus cum alia celebratis. II. Reuocatio procuratoris valet, tamen si qui reuocat, antea iurauerit, se non reuocaturum. III. Si quis iurauerit, se testamentum non reuocaturum, & postea reuocauerit periurus quidem est, sed valet reuocatio. IV. Aliquis iurauit, se votum non editurum in consulto Confessario; postea temere voverit, nihilominus validam est votum. V. Caius iurauit, se rem Titio & non alteri donaturum, postea nihilominus alteri donat, ac tradit valida est hæc donatio, quia donator, non obstante priore promissione Titio facta mansit dominus rei.

Dixi autem, assertionem locum habere, si actus contractus iuramentum pendeat à mera facultate agentis.

Nam si actus positiuo aliquo iure irritus sit, tunc non confirmabitur accessione iuramenti editi contra prius iuramentum non agendi. Exempl: Si mulier iurauerit, se non alienaturam bona dota-
 Minor se non contracturum sine Curatoris auctoritate, postea verò non obstante hoc iuramento, alienent, aut contrahant, quamuis iurati se non contracturos, nihilo minus contractus siue alienatione scindi poterit, tanquam iure civili inefficax: Ratio, Cui enim iuramentum posterius peruersum sit & periurij criminis confirmatorium non est credibile, quod ei ius assistat, vel itaque eo contractum siue alienationem alioquin irritam vel inefficacem confirmari.

C A P. IX.

*De iuramenti interpretatione & tacite sub-
 intellectis conditionibus.*

Iuramentum in dubio strictè interpretandum est propter grauem quam in se continet religionis obligationem atque periurij periculum.

NB. Iuramentum de seruandis statutis alicuius communitatis intelligi debet de editis, non de non edendis, nisi exprimat, vel ex iudicijs constet, tam amplam esse iurantium intentionem.

Iuramentum præstitum circa materiam iuris interpretandum est secundum limites iuris, neque sensus est, si quis alioquin iure obligatus sit ad quippiam faciendum, vel omittendum, tunc iuramentum accedens non ad aliud se extendit, sed tantum ad ea, quæ sub obligatione iuris comprehenduntur, ut proinde intentio iurantis esse censeatur, se nihil illicitum

pitum siue iure concessum attentaturum-Exempl. I. Iuramentum Episcopi de non alienandis bonis Ecclesie, interpretandum est de alienatione illicita, quae fit sine causa necessitatis, aut utilitatis, vel sine requisita iuris solemnitate. II. Clericus iuravit residentiam, potest tamen abesse in casibus iure concessis. III. Iuramentum seruandi statuta collegii intelligitur secundum differentiam statutorum intentionem legislatoris & loci consuetudinem eorumque interpretationem, si enim grauis momenti statuta sunt, & ita quasi sub mortali obligent, tunc iuramenti transgressio nouam mortalem sacrilegii malitiam adiicit, si autem leuis materiae statuta sint, vel si ita accipi solent, vt sub veniali tantum obliget, vel solum ad poenam subeundam, tum iuramenti obligatio similiter intelligi debet.

Quare si Academiae Rector Scholares Missae aut processioni sub obligatione praestiti iuramenti interesse iubeat, transgressio obligat solum ad veniale, secus si adsit contemptus. IV. Iuramentum seruandum de secretis Capituli intelligitur, quatenus materia secretum postulat; ita vt si magni momenti existat, & valde interfit, non euulgari, eius euulgatio mortalem etiam culpam contra religionis virtutem propter violatum iuramentum contineat; si autem res leuis sit, solum venialem, denique nullam, si euulgatio nullum omnino incommodum afferre possit. V. Ministri publici, & mercatores iurantes, se contentos fore taxatione precii & stipendii intelligitur iuramentum de taxatione iusta & non de iniusta. VI. Qui iuravit, se pariturum mandatis Ecclesiae, eo non obstante, a lata sententia appellare potest, sicuti et iure communi concessum est.

- 3 Iuramentum non extendi debet ultra intentionem iurantis, verisimiliter praesumendum iuxta illud Suarez. Iuramentum non est extendendum ad incognita, siue quae iurans in specie non cogitavit, & quae in mentem si venissent, verisimiliter exceptisset.
- 4 In omni iuramento promissorio tacitae conditionis intelliguntur: Primo si potero; Deinde saluo iure & autoritate superioris: Tertio, Nisi is, cui iuratum, obligationem remittat. Quarto, si res notabilem mutationem non accipiant: Ratio: Quia notabilis mutatio quasi nouum obiectum facit, ad quod verisimilem praesumptionem iurantis intentio se non extendebat v. c. sponsus propter subsequentem fornicationem etiam post sponsalia iurata soluere potest: Et promissio iurata reuocari potest ob superuenientem ingratitude[m] promissarii.
- 5 Homo promissorem liberare potest, si promissio principaliter in eius gratiam facta est, v. c. si sponsalia vendas iurata cum Titia: secus si principaliter in Dei honorem, v. c. si votum iuratum edas, pauperi Titia dotem daturum. Nam illa licet respuat, tamen Deus eiusmodi promissionem sibi factam non tantum accipiat, ob utilitatem hominis sed etiam ob proprium honorem & cultum.
- 6 Iuramentum assumit naturam & conditionem promissionis cui adiecitur: Ratio, quia iuramentum adiectum promissioni cum circa idem obiectum versetur sed auget obligationem intensiue, quia intra limites obiecti nouam obligationem ex virtute religionis superaddit. Exempla. I. Sicut promissio interdum conditionem tacite adiectam habet, nisi notabilis

notabilis postea mutatio superueniat, ita etiam iuramentum seu promissio iurata vt paulo ante dictū est. II. Iuramentum fideiussoris secum trahit exceptionem quæ fideiussioni competit, vt prius principalis debitor conueniatur, & executiatur. III. Qui iurauit, se debita soluturum, is potest ob iustam causam compensatione vti cum alio simili, eoq; liquido debito, cum enim debitor ad soluendam obligatus, quibusdam casibus compensatione vti possit, sequitur quod tali compensationis iure non priuetur per iuramenti accessionem. IV. Si iuramentum reciproce promissioni vel contractui accedat, eam tacitam conditionem habet, si alter quoq; promissis suis steterit, iuxta c. peruenit, 2. de iureiur. *Quia non seruanti fidem fides seruanda non est.*

C A P. X.

Vtrum obligatio iuramenti personalis sit & num actio inde oriatur, atq; ad heredes transeat.

Iuramentum per procuratorem fieri potest. *Quare potest quis per alium, quod potest facere per se ipsum.* reg. 86. in 6. Nam sicut obligat iuramentum per scriptum, ita etiam obligabit per Procuratorem vtens verbo *iuro* (procurator agit id ministraliter, tanquam alienam personam representans) sed requiritur mandatum speciale in causa speciali. Vnde sequitur si iuramento Procuratoris falsitas subsit principalem ipsum, cuius mandato alter iurauit, periurum esse, quamuis procurator si conscius doli fuerit, eodem crimine tenebitur; iuxta illud; *Agentes & consentientes pari pena puniuntur.*

Ex iuramento confirmatorio promissionis acceptę in
exte-

exte-

externo foro actio conceditur: Ratio; quia hoc est iuramentum tantum inducit obligationem Religionis erga Deum, sed etiam firmat obligationem naturalem fidelitatis, ac iustitiae erga hominem, quippe quam tam ius civile, quam Canonicum acceptat, & ad eius executionem compellit ob reuerentiam iuramenti: sic ex contractu puberis sine tutoris auctoritate inito, & ex pacto simplici, si iuramentum accesserit, etiam civili iure actio conceditur, quia alioquin non concederetur. Quod si verò iuramentum non sit confirmatorium promissionis, sed per se stans, ideoque solum obligans ex virtute religionis erga Deum; eo casu nullam propriè actionem patitur, ut si quis iuravit, Ecclesiam se edificaturum, eleemosynam daturum, nemi ne acceptante: Ratio, Actio est ius persequendi in iudicio, quod sibi debetur, sed in iuramento per se stante, nulla est obligatio siue debitum ex iustitia, sed tantum ex virtute religionis erga Deum. Ergo non est locus propriè dictæ actioni. Nihilominus in foro Ecclesiastico externo talis iurans compellitur ad seruandum iuramentum.

3 Obligatio, quæ est iuramenti propria ex virtute religionis omnino personalis est, v. c. Si Episcopus, Rex, Canonicus ad suum officium admittitur sine præstito iuramento, non obligatur ad seruandum iuramentum, quod præcedentes eius ediderunt, sed virtute religionis licet interdum vinculo statuti aut pacti.

4 Si iuramentum non sit propriè promissorium, sed per se stans, tunc nulla omnino obligatio ex eo ad hæredes iurantis transit, propterea, quod huiusmodi iuramentum vnâ simplicem obligationem religionis continet, quæ purè personalis est, ut si quis iurauit.

huit, usuram se soluturum, pecunias latroni daturū. Illud Abb. Licet iuramentum transeat ad hæredes (uouentis se Ecclesiam ædificaturum) seruari tamē tenentur, ne lædant animam defuncti. Et possunt cogi à iudice Ecclesiastico.

Obligatio iuramenti propriè promissorii transit ad hæredes aut Decanos, Episcopos, successores eius cui iuratum est. Vnde iuramentum ex parte iurantis personale est, sed respectu eius, cui iuratur reale, id est transitorium cum re, puta dignitate, hæreditate, & patet ex cit. c. veritatis, in quo habetur: Vassallum, qui iurauit. Prælato fidelitatem aut obedientiam, eandem etiam sine nouo iuramento debere successoribus, quamuis eorum expressa mentio facta non sit.

CAP. XI.

De promissorii iuramenti irritatione, dispensatione, relaxatione, commutatione.

Sicut vota ita & iuramenta edere non possunt personæ, quæ alterius potestati subiectæ sunt, nisi cū dependentia à voluntate eorum, quibus subsunt, ita ut ea irrita reddere possint, quatenus ipsis præiudicant. Est autem duplex talis dependentia, vna per se, si ipsamet hominis voluntas alienæ potestati subiecta sit. v. c. Religiosi & impuberes. Altera per accidens, siue ratione materiæ circa quam nota seu iurata causa versatur, ut si vxor voueat, vel iuret, se pigrinatura & cum præiudicio Episcopi sui. Vnde sine vota, ita & iuramenta per dominatiuam potestatem, irrita reddi possunt, etiam Deo præstita; probat iuramentum promissorium Deo factum aliud non

non est, quam votum iuratum, Iuramentum autem accidens promissioni ac voto, assumit naturam & conditionem eius. Ergo perinde ac votum tacita conditione fit, salvo iure superioris irritandi potestate praediti.

2. Iuramentum etiam hominis praestitum irritari potest, si versetur circa materiam alterius dispositioni subiectam, aut circa promissionem, quae dominatur potestati patris, tutoris, praelati, mariti, &c. subdita est. Prior pars prob. quia in iuramento intelligitur ius superioris exceptum, ut proinde iuramenta in cuiuscunque gratiam edita per auctoritatem Papae, Episcopi, alteriusque potestatis, etiam laicae irritari queant, si sint circa materiam eius dispositioni subiectam. Unde Pontifex suo arbitratu irritare potest omnia iuramenta edita circa beneficia Ecclesiastica distribuenda, quippe in quibus plenissimam potestatem noscitur habere. Episcopus quoque Clericorum iuramenta, quae versantur circa res suae dispositioni subiectas res. indere potest, V. C. Si Clericus iuravit, se non discessurum loco ante solutionem debitorum; post prob. quia iuramentum recipit naturam & condiciones actus cui apponitur, quapropter Praelatus omnes promissiones religiosorum iuratas sine consensu suo factas irritare potest; Pater & Tutor omnia pacta iurata impuberis, cum ob aetatis imbecillitatem, etiam eius voluntas alienae potestati subiecta sit; Maritus item uxoris, quatenus in ipsius praedictum cedunt iuramenta.

3. (Posito, quod dispensatio versetur circa iuramenta Deo facta & relaxatio circa iuramenta homini facta.) Quicumque habet potestatem dispensandi, aut commutandi vota potest tali facultate uti, tamen

tamen si vota irrita sint, quia votum sicut & quævis
alia promissio retinet naturam suam, licet iurata sit,
quare nihil obstante iuramento remitti possunt,
quia iuramentum est accessorium promissioni &
voto.

Vota & iuramenta pia equiparantur, Quare sicut
4
vota ita & iuramenta, summo Pontifici reserua-
ta, censeri debent.

Iuramentum continentiae perpetuae, Religionis,
alteriusve materiae reseruae si poenalia aut condi-
tionata sint, (V. C. Vir iurans religionem si Titiam
non accipiat, quia circa hominem versatur,) per-
inde vota eiusdem conditionis ab Episcopo rela-
xari possunt.

Iuramentum promissorium erga hominem ordi-
5
nate relaxari non potest absque consensu eius, cui
praestitum est; quia tali iuramento ius homini acqui-
situm est, quo proinde sicuti & aliis bonis priuari
non potest; Nam in iuram promissorio, quia homo
est creditor, cuius proinde in hac re commodum at-
que voluntas spectari debet, eoq; inuito obligatio
remitti non potest. Votum verò promissum quod
Deo fit, censetur à Deo remitti, si Ecclesiae Præla-
tus iudicet ita expedire ad salutem vouentis.

NB. Quandoq; aliquid iuramento promittitur de
6
quo dubium est, ut cū sit licitum an illicitū; proficuum,
vel noxiū, in illo potest quilibet Episcopus dispēsare.

Iuramentum in hominis vtilitatem principaliter
editum si non est proprie promissionis confirmato-
rium, sed per se stans Episcopali auctoritate relaxari
potest. V. C. Usurario vsuras resolvere iuramen-
to promissas. Cum enim huiusmodi iuramentis
nullum ius aequaliter ei, in cuius gratiam
eduntur

eduntur ideo sine cuiusque iniuria ob causam ad Dei honorem cedentem à Prælatiſ relaxari poſſunt, etiam iuramentum ædificandi Eccleſiam non producit aliquam iuſtitie obligationem conſequenter nec confert alteri parti proprie dictum ius, ſive actionem.

- 7 Priuilegia diſpenſandi aut commutandi & iuramenta dari ſolent ſine præiudicio tertii, quod intelligitur poſtquam illi per acceptionem ius acquiſiuit.
- 8 Qui habent priuilegia diſpenſandi vel commutandi vota, poſſunt etiam commutare iuramenta, quæ ſine promiſſione in Dei honorem principaliter concepta ſunt; Non poſſunt autem vi priuilegii relaxare iuramenta directe in hominis vtilitatem edita, quamuis acceptata non fuerunt. Prius prob. quia vota & huiuſmodi iuramenta æquiparantur, v. c. ſi iuras te in tali Eccleſia altare ædificaturum. Poſterius prob. quia talia iuramenta cum votis nullam habent æquiparationem. Vnde qui iurauit, ſe Catam ducturum iuramento obſtringitur quo minus pro poſitum cœlibatus amplecti poſſit.
- 9 Directa relaxatio iuramentorum quæ ſic per modum abſolutionis aut diſpenſationis ad Eccleſiaſti-
 costantum Prælatos pertinet cum ſit quædam remiſſio ex parte Dei facta per eius miniſterium, cui iurandi potestas ſpiritualis eſt.) Indirecta vero etiam laici potestati competere poſſit. dummodo materia temporalis, v. c. ſi laica potestas ob iuſtam cauſam aliquid præcipiat vel prohibeat, cui non obſtante contrario iuramento ſuo ſubditus obtemperare debet v. c. vt ciuitatis gubernationem accipiat.
- 10 Cauſa iuramenti, vt pote in Deum tendens, per ſe ſpiritualis eſt, ſi tamen ſuper contractum inter laicos interpo-

interpositum est ad eius observationem, cum Eccle-
 siasticus tum laicus Iudex compellere potest iuxta il-
 lud *Iuramentum non mutat forum sed addit forum foro:*
 Unde contractus iuramento firmatus est mixti fori,
 unde ad iuramentum ab usurario remittendum, po-
 test compellere iudex Ecclesiasticus.

C A P. XII.

Quae personae iurare possint.

DEus secundum quandam metaphoram ad no-
 strum intelligendi modum in scriptura sacra iu-
 rante dicitur, alioquin dictum diuinum nullam con-
 firmationem admittere potest, cum ex se ipso infalli-
 blem certitudinem contineat.

Omnis creatura intellectualis, ipseque Christus,
 quia homo proprie iurare potest, etiam rationis usu
 praediti ante pubertatem.

Iuramentum impuberis, item perituri in iudicio
 non recipitur. Prius prob quia quem semel peieras-
 se constat, periculum est, iterum peieraturum, & iu-
 ramento calumniae & fidelitatis tamen non libera-
 tur periurus.

Sacerdotes non nisi graui de causa in iudicio iu-
 rare coguntur (v. c. in purgationem sui, vel alterius in-
 nocentiam probandam ne laedatur vti pro fide, pro
 obedientia, pro pace, pro identitate Ecclesiae, pro ab-
 solutione & vinculo excommunicationis) ratio asser-
 tionis, quia non indiget dictu hominis confirmatione,
 nisi quia de eo dubitatur de veritate eorum, quae dicit
 & ideo personae magnae dignitatis non conuenit iu-
 rare. Ne quidem iuramentum calumniae praestare de-
 bent sacerdotes sine consensu superioris.

Clerici in manu laici non debent praestare iuramē-
 tum

Ccc

tum

rum coactiuum, voluntarium, tamen possunt, etiam si velint ingredi ciuitatem, venientes ex loco pestifero, sed absq; corporali tactu & eleuatione manuum instar Laicorum sed interrogari tantum & sponsum nem postulari per sanctam consecrationem, *ihren Geistlichen Wirtchen vnd crewen.*

CAP. XIII.

De Mendacio.

1 **M**entiri est aliter enunciare contra id, quod in animo quis sentit fallendi causa.

2 Duplex est falsitas materialis (cum non aliter se habet, quam homo enunciat, sed præter intentionem loquentis, quia credit esse verum, quod loquitur, tunc non est obiectum propriè mendacii & peritium.

Alia verò est falsitas per se formalis, & secundum intentionem, etiamsi alias re ipsa verum sit, quia in moralibus actionibus, quæ speciem suam accipiunt ab obiecto non pro vt est à parte rei, sed pro vt est apprehensum, & voluntate ab intellectu propositum: magis spectandum est id, quod est per se & secundum intentionem, quam quod est per accidens & præter intentionem.

3 Mendacium est triplex perniciosum (quod cum iniuria profertur, vt oblit) officiosum (quod sine iniuria, vt profit.) iocosum (quod cum nulli noceat profertur vt delectet. Excipe locutiones figuratas, hyperbolas, fabulas, parabolas, quia verum sensum continent.

4 Amphibologia seu orationes ambiguae, quæ videlicet sensus habent, mendacia non sunt.

Si signum per se, aut per circumstantias determinatum est ad verum eumq; falsum sensum, non est locus æquiuocationis, sed est verum mendacium. v.c. adule

adultera, quæ examinata à marito de cõmisso adulterio negat se fidem matrimonii vnquã violasse, subintelligendo hora præcedente. Prob. Is mentitur, qui contra id, quod animo sentit, alteri significat animo fallendi: Hoc autem facit is, qui alteri (quem rei ignarum putat) loquitur enunciationem determinatã ad vnum eumq; falsum sensum. Ergo.

Si restrictio sensus omnino aliena sit & loquentiũ consuetudine, & in externa locutione, nec explicite, nec implicite significetur à mendacio excusari non potest, si animo fallendi fiat.

NB. Si v. c. alicui malitosè interroganti, quæ edicere non oportet Principis consiliarius respondeat: nescio, non mentietur subintelligendo vt tibi dicã; sic Confessarius à Iudice iniustè interrogatus de ijs criminibus, quæ ex confessione cognita habet. Rectissime ait se nihil scire supple notitia ad reuelandũ. Est enim in his locutionibus non inusitata ambiguitas, quandoquidem hic aliquid scire potest secundũ notitiam priuatã, quæ etiam alteri manifestari queat; vel secundum notitiam publicam, quæ alteri cuiquam scire non interest, manifestari non debeat. Quod si verò talis loquendi modus, ac circũstantia adliint, vt verbũ *nescio* determinetur ad omnẽ ignorantiam, puta si confessarius adigatur, vt dicat, an vllõ modo sciat, tunc verè mentietur, si verbo *nescio* erga alterum vtatur intra mentẽ cogitans, vt tibi dicam.

Mendacium per se intrinsecè malum est, & nullo casu licitum, Prob. I. ex scriptura sacra: Non mentimini, nec decipiet vnusquisq; proximum suum. II. Qui mentitur is vitur locutione falsa, errore ignorare vult, id autem est per se malum & alienũ à ratione & contra honestatem humanã profectiõni.

- 9 Olim non ita cognitū erat, omne mendaciū esse peccatū. Sic David, Iudith, & Iacob patriarcha ex invincibili ignorātia potuerunt existimare fas esse tali causa mentiri.
- 10 Veritatē verbi æquiuocatione, aut facti dissimulatione alteri celare interdū licitū est, si iustā ob causam fiat; ratio, quia simulatio ac mendacium est falsū, dissimulatio autem est veri, atqui falsum dicere per se malum est; sed quod verum est, interdum iuste celamus, quia præceptum affirmatiuum manifestandæ veritatis non semper obligat, & dissimulans veritatē non dat causam alteri erroris aut deceptionis sed permittit, vt alter falsam opinionem concipiat alioquin omnes allegorias & stratagemata, tanquam mendacii damnari oportebit.
- 11 Æquiuoca locutio aut dissimulatio veritatis si ista ratione non nitatur, licet mendacium non sit, tamen dolus malus censetur.
- 12 Calliditas in sermone ambiguitate societati humanæ valde noxia est, quandoq; humano generi nihil magis generale atque commodum est, quam vt inter ipsos charitas, fides & societas consistat, illa autem violatur per calliditatem & animi duplicitatem iuxta Eccl. c. 37. Qui sophisticè loquitur odibilis est.
- 13 Qui absq; debita consideratione falsum dicit, non ex proposito, peccat contra veritatis virtutem, licet propriè non mentiatur. Prob prius, quia ex virtute veritatis obligamur, si loqui alteri velimus, vt verum non falsa loquamur, posterius prob. Nam mendacium cum sit dictum contra mentem alterius fallendi causa directum seu formalem dolum requirit. Sed fieri potest, vt aliquis existimans dictum suum verum esse, nihilominus mentiatur; videlicet asserat sibi certū & exploratū

& exploratum esse; cum tamen de eo non nisi opinati-
uam, seu probabilem persuasionem habeat.

CAP. XIV.

De periurio seu iuramento falso.

PERIURIUM strictè est mendacium iuramento con-
firmatum; latè autè accipitur pro omni iuramen-
to illicito videlicet destituto aliquo trium, quæ sunt
veritas, iustitia & iudicium. Quare triplex periuriū,
vnum propriè dictum, quod veritate caret, idq; di-
uidi solet in assertorium & promissorium. Alterum
est, quod iustitia destituitur, puta si quis rem illicitā
& prohibitam iuret. Terrium quod iudicio vacat,
puta si quis sine iusta causa temere iudicat. Atq; hæc
duo postre in impropiè periuria sunt, quia falsitatem
quodammodo in se continent, nam qui rem iniustā
iurat, is tenetur dictum suum falsum efficere absti-
nendo ab opere; qui verò temere iurat, is committit,
sepericulo falsitatem incurrendi.

NB. In illo præcepto: Non assumes nomen Dei in
vanum, prohibetur omne periurium, maxime verò
id quod veniale destituitur, nam iuramentum vanū
est, quod sine suo frustratur. Iuramenti autem fons
est confirmatio veritatis. Erga maxime vanum est
iurare cui deest veritas.

Omne periurium assertorium est mortale si cum
plena deliberatione fiat, etiam in re leui, vel: iurare
se habere viginti nūmos, cum habeat nouendecim;
ratio; quia Deum veracissimum in confirmationem
causæ unque falsitatis adducere non vacat grauissi-
ma irreuerentia & contemptu, cum enim veritas la-
titudinem non habeat, sed in indivisibili consistat,
videlicet in adæquatione dicti ad re, sequitur omnè

Ccc 3. assertio-

assertionē, quæ vera non est omnimodo falsa esse.

3 Iuramentum v̄i cautum sine debita consideratione est peccatum graue & leue, secundum proportionem defectus debite considerationis; Ratio est, nam malitia iuramenti incauti in eo consistit, quod al. quis periculo se cōmittat iurādi falsum. Atqui hoc periculū tanto maius & propinquius est, quāto minus iurans rei iuratæ veritatē cōsiderat & attendit. Ergo.

4 Iuramentum incautum non continet malitiam propriē dicti periurii; Ratio, quia omne periurium pro fundamento habet mendacium. Sed qui aliquid asserit minus considerans, sed subdubitans num verum sit, is non mentitur, cum nihil asserat contra mentem voluntate fallendi. Ergo. Confirmatur secundo: Omne iuramentum assertorium est mortale, iuramentum autem incautum non est semper mortale. Ergo. Idem dicendum de iis, qui per consuetudinem sine aduertentia falsum iurant, non precipue de ierans cum non mentiantur, quia tamē huiusmodi iuramenta deordinationē quādam habent ideo consuetudo existens causa voluntaria horum iuramentorum aggrauatur ab eis tanquam ab effectibus indirecte volitis.

5 In iuramento assertorio maior vel minor certitudo requiritur pro diuersitate rerum iuramento assertarum. Nam iurans de proprio facto debet habere euidētem certitudinem veritatis, qualis de propriis actibus haberi potest: Sufficit verisimile si maior haberi non possit, etsi postea contingat rem se aliter habere. Si testis deponat in iudicio de facto alieno, requiritur cognitio certa. Iurans aliquem esse dignum ad sacrum ordinem intelligitur, quantum

humana fragilitas nosse finit de persona qualitate.

Non omne promissorium periurium est mortale, sed obleuitatem materiæ veniale fieri potest. Prius pater propter grauem irreuerentiam, cum quis facit, quod Deus in testimonium falsi adductus fuerit, quia autem se aliquid facturum iurauit, siue magnū sit siue paruum, ac postea intermittit, is facit vt Deus in testimonium falsi adductus fuerit. Ergo. Posterior probatur. Violatio noti circa materiam leuem non nisi venialem irreuerentiam aduersus Deum continet. Ergo aliuiolatio iuramenti promissorii circa similem materiam.

N.B. In violatione iuramenti promissorii Deus non in testimonium falsi aut mendacii adducitur, sed solum authoritas Dei in confirmationem infidelis promissionis adhibetur; sic pater iurans se percussurum filium postea intermittens peccat venialiter propter irreuerentiam aduersus Deum propositum bona diuini Numinis authoritate firmatum sine causa immutare.

Iuramentum Amphibologicum licet proprie periurium non sit, (quia alter sensus amphibologicæ verus est, ergo qui illum iuramento confirmat, periurium proprie non committit) mentitur tamen talis, quia exterius loquitur aliter quam in animo sentit grauius etiam contra virtutem religionis, quia vtitur iuramento, vt sit quasi instrumentum alium decipiendi) imò iuramentum Amphibologicum omni culpa vacat, si iusta ira iurandi causa adsit (quia Amphibologicæ locutionis verus sensus verus est; ergo secundum illam postulante

Ccc 4 neces-

necessitate iuramento confirmari potest. v. c. Iudice incompetente, aut non iuridicè interrogate, vel etiam iuridicè interroget, tamen eius intentioni satisfiat ita respondendo) iuramentum tamen amphilogicum illicitum est & quodammodo periurium si sine iusta necessitate fiat, quia vergit in detrimentum humanæ societatis, & si in re graui, erit mortale.

- 8 Amphilogici sermones defendi possunt: V. C. qui pecuniam mutuo sibi datam fideliter soluit, is postea in iudicio conuentus, si aliæ probationes desint, iuratus dicere potest, se hunc mutui contractum non instituisse, intellige tali obligatione, vt bis soluere debeat: ratio; quia consuetudo est inter homines, vt responsio interrogantis intentioni informetur, ideoque aliquis non plus sed hoc ipsum respondere censetur, quod alter interrogat Iudex autem, v. c. solum intendere censetur, an Reus conuentus contractum instituerit, ex quo modò obligatus sit. Ex quibus etiam iudicium ferri potest de doctrina Konradicentis, quod Reus de occultio crimine præter iuris ordinem interrogatus, si neget, intelligendus sit de tali crimine, quod in iudicium venire debet.

NB Si latroni, v. c. pecunias stipulati iuratus promittas, te daturum, in ra mentem retinendo (dabo tibi si debeam) est mendacium & non amphilogia: Ratio, quia verba, cum secundum expressam exigentis intentionem, tum secundum alias circumstantias determinantur ad absolutam remissionem.

- 9 Iuramentum, cui deest iustitia, si sit assertorium videtur veniale. v. c. si crimen occultum proximi sine iusta causa iuratus reueles. Ratio, quia in tali casu iuramentum non confirmat assertio-

tionem vt iniqua est, sed tantum vt vera est, ideoque malitia detractionis per accidens tantum ad iuramentum se habet; Excipe, nisi ea directa intentione detractionem, mortalem iuramento confirmes, vt facilius ei fides habeatur; tunc enim nomen Dei assumitur vt instrumentum ad grauem iniuriam proximo irrogandam, quod magnam irreuerentiam continet. Item hæc circumstantia in confessione manifestanda.

NB. Iuramentum promissorium de re mortaliter mala continet mortalem irreuerentiam ob iustitiæ defectum, vt si iures, te hominem occisurum; At vero de re venialiter mala continet tantum irreuerentiam malam, vt si iures, te puerum non ita meritum castigaturum: Ratio, quia tantò maior, vel minor irreuerentia Deo irrogatur, quantò maius vel minus peccatum est, cuius committendi propositum Dei autoritate confirmatur.

NB. Si quis rem malam, quam iurauerat, postea opere compleat quasi ex obligatione iuramenti pertinet id ad superstitionem & zelum, sed non secundum scientiam, simplicitas tamen à mortali excusat.

Iuramentum de opere vel omissione indifferen-¹⁰ te, aut repugnante Euangelicis consilijs, per se loquendo est veniale ob iustitiæ defectum. V.C. si iures, te non futurum religiosum, te hodie non ieiunaturum; Ratio, est enim irreuerentia, sed non grauis.

Iuramentum, cui iudicij discretio deest, quia sine¹¹ necessitate tantum fit, veniale est, quia leuem irreuerentiam continet, dummodo iurans sufficientem cautionem adhibeat, vt, quod iuramento affirmat, Ccc 5 falsum

falsum non sit. Qua ratione mercatores excusantur a mortali periurij crimine, quando iurare solent tantidem vel pluris sibi mercem constare, quanti deventant, licet aliquod lucrum interim reportent, quia tale iuramentum (licet indiscretè prolatum) potest tamen habere verum sensum, videlicet aestimare etiam labore periculo V.C. tanti vel pluris sibi constare.

12 Crimen periurij grauissimum, grauius adulterio, homicidio Deum ultorem habet, apud magistratum tamen non habet pœnam corporalem sed arbitriam. Clericus periurus conuictus deponendus sed ante iudicis sententiam nulla pœna canonica seu censura incurritur.

13 Homines simplices non satis distinguunt inter iuramentum, blasphemiam, & maledictionem. Nam maledictio, est mali alicuius imprecatio, quæ si Deo fiat, blasphemia appellantur, hominibus facta, quatenus licita vel illicita sit dixi lib. 2. tract. 3. c. 8. nu. 6. Iuramentum autem est explicita vel implicita diuini Numinis inuocatio, ad alicuius dicti confirmationem. De eo temerè prolato si homines in sacra confessione se accusent, intelligere debet confessarius an verè, an falso iurauerint; Si verè, plerunque non est mortale, si verò dicant falsum iuramento se affirmasse & quidem scienter ac deliberatè, grauis culpe rei censendi sunt.

Ad grauitatem iuramenti falsi aut temerè concepti etiam pertinet, si aliquis per execrationem iurauerit. Moriar; Deus mihi propitius non sit, Gott straff mich. Diabolus me rapiat, nisi verum sit, quod dico; Si tamen aliquis tali iuramento confirmet, quod scit, aut certo credit verum esse, non debet

moralis peccari damnari per se loquendo & scanda-
lo cessante. Nisi frequenter ita iurando animaduer-
tas, sibi malam consuetudinem ingenerari, per quam
denique ad periuriam perueniet.

TRACTATUS IV.

De Voto & voti relaxatione.

CAP. I.

De nomine ac definitione voti.

Votum definitur promissio deliberatè
Deo facta de meliore bono.

NB. Promissio (non nudum proposi-
tum) procedens ex voluntate se obligan-
di, ita ut promissario videlicet Deo ius acquiratur.
NB. Vouens, & ignorans vim & essentiam voti non
vovit, quia incogniti nulla voluntas.

Qui vouet animo se obligandi, quam vis non ex-
equendi vere obligatur, non sicuti re ipsa accidere
potest, ut aliquis castitatis voto obstrictus sit, castita-
tem tamen non seruet sic etiam hæc duo voluntate
separari possunt, ut aliquis voto obligatus esse velit
ad seruandam castitatem, non tamen obligationi sa-
tisfacere.

NB. Votum secundum speciem & substantiam
quam ex obiecto præcise accipit, est actus bonus ex
virtute religionis. Interim verò fieri potest, ut prauâ
operantis circumstantia vitietur, ideoque secundum
individualement rationem actus simpliciter vitiosus
existat, sic votum dâdi Eleemosynas motu vano de-
siderio religione voti tenetur, quia licet malè voue-
rit, vota tamen bene implere potest, & licet talis actus
vovens

vovens

uendi seu promittendi, qua peccatum est, Deo displiceat, restamen, quæ voto promissa est, eidem placet.

3. Tantum voluntarium requiritur ad voti obligationem, quantum ad mortaliter peccandum.

4. Ad votum non sufficit voluntas indirecta in causa sua, sufficit tamen voluntas virtualiter permanens in effectu, V. C. Vouisti in ebrietate: Votum hoc est nullum, quia ad votum intrinsecè requiritur voluntas directe se obligandi, sic si propositum habuit; V. C. votum Religionis edendi, eo que proposito virtualiter manente ad altare accessisti, at ad loquendum aperuisti, quamuis animo ad alia distractus, valet votum, sicuti etiam sacerdos cum tali intentione valide celebrat.

5. Votum editum circa substantialia rei promissa et ignorantia, aut errore tollente voluntarium, nullius roboris est: Quia cum incogniti nulla sit voluntas, ideo qui rei substantiâ ignotâ vouit, non habuit voluntatem vouendi. Quod si accidentalibus annexa voto, V. C. abstinentiam à carnibus in ordine Carthusianorum, sint in intentione vouentis; non valet votum V. C. si quis ordinem Carthusianorum vouit existimans in eo permissum esse carnibus vesci, ita ut iste error sit causa vouendi non obligatur voto. Sicur est si voueat ordinem & nesciat esse in illa abstinentiam perpetuam à carnibus.

6. Votum propriè loquendo soli Deo editur, quia est actus patriæ. Votum sancto factum non est propriè votum, neque elicituè à virtute Religionis, sed duliæ seu obseruantia. NB. Voue Deo, B. Virgini & Sanctis tanquam testibus

& aduocatis.

C A P.

C A P. II.

De materia voti.

Quod voto promittitur debet esse in potestate¹ vouentis, vnde sequitur factum alienum voueri non posse.

Iritum est votum, nunquam venialiter peccandi² ob moralem eius impossibilitatem, quia moraliter impossibile est vitare omnia venialia, quæ fiunt cum deliberatione imperfecta: Validum tamen est votum, nullum peccatum cum plena deliberatione committendi, quia hoc possibile est cum Dei gratia. Item validum est votum ab omnibus mortalibus abstinenti, quia possibile.

Si pars voti impossibilis sit, quæ in sensu composito, seu dependente à toto promissa sunt, corrumpit totum votum. V. C. si vouens se Ecclesiam ædificaturum, & paupertate postea superueniente non possis, non teneris ædificare Capellam; Aliud est si 1000. aureos elemosynæ voueas, & postea totum non possis, debes largiri quantum potes. Ratio discriminis est, quia in priori voto materia est indiuidua & per modum vnius copulati promissæ præsumitur. In posteriore autem materia est indiuidua, & per modum pluriam promissa, nisi de contraria vouentis intentione constet. Qui vouit, se peregrinaturum in Cilicio, si peregrinari non possit, non tenetur induere ciliciū, quia hoc tanquam accessorium vouit: ruente autem principali, ruit etiam accessorium, non vice versa.

NB. Quod si duo vota non dependeant à se invicem, vno impossibili facto, non nititur altero, quia vtile pro inutili non debet vitari, Si vtile ab inutili sepa-

sepa-

separari possit V.C. si voueris ieiunium integrè se-
primanæ & omnibus diebus ieiunare non possis, de-
bes ieiunare quibus potes. Si puella vouerit castita-
tem, si postea fornicatur, debet seruare castitatem, si
vouentis intentio fuerit, vouere omnia, quæ virgini-
tas in se complectitur; secus si suum claustrum, qui
vouet, quod oraturus sit humi stratus quotidie de-
cem Pater noster & Ane; si humi non potest debet
saltem orare.

4 Si quis plura vota, ea impossibilia edat, serua-
re debet, quod dignius est, alioquin si paria, aut si
dubitetur, seruetur prius, posteriori: Ratio; cum e-
nim quiuis recte & laudabiliter votum suum com-
mutare possit in aliud opus melius, Deoque gratus
est, sequitur, quod edito voto de tali opere ad hoc
etiam obligetur. Confirmatur: Nam duobus præce-
ptis concurrentibus, quorum vnum impleri non
potest, quod minus dignum est, cedit digniori: Vo-
tum autem est, quasi lex quædam, quam sibi ipse
quis imposuit.

5 Qui vouit aut iurauit, se non editurum vota sine
Confessarij consilio, si postea non adhibito consilio
voueat, tenetur. Ratio: Quia, licet homo peccet,
prauaricando votum de confessario factum contra
religionem; tamen quia ad valorem voti non requi-
ritur, vt prudenter & sine peccato fiat, sed sufficit, si
habeat obiectum bonum, & fiat cum sufficiente de-
liberatione valet. Excipe, nisi quis expresse dece-
uisset, se nolle imposterum valida esse vota sua sine
consilio Confessarij edita.

6 Opus, quod voto promittitur, debet moraliter
bonum esse, vt pote Deo gratum, si quis voueat, mor-
tale peccatū se commissurū (V.C. homicidiū peccatū
contra

contra iustitiam, & contra religionem, si veniale, venialiter peccat, quid si tamen veniale promittat, quasi Deo placeat, quasi Deo placeat, erit irrisio & peccatum blasphemiae mortale.

NB. Votum peregrinationis die festo ingrediens à Missæ audicione irritum est; Excipe, nisi peregrinatio sit maioris momenti ad Ecclesiæ utilitatem, & Dei honorem cedens res Ecclesiastico præcepto impossibili, ideoque in tali casu non obliganti anteponi possit.

Finis prauus tenens se ex parte rei præstitæ votum viciat, secus si teneat se ex parte vouentis, V. C. si quis votit, se Eleemosynam daturum ad vanam gloriam captandam, ita vt Eleemosynæ largitio faciendâ sit vanæ gloriæ causa, nulla oritur obligatio voti, quia malum est, eleemosynam dare iactantiæ causa.

Qui autem gloriæ aucupandæ gratia coram alijs vouit, se eleemosynam daturum, is rem bonam vovet, quamuis malè, ideoq; voti religione tenetur. Quod si verò ad consequendam à Deo rem illicitam, Eleemosynam tanquam medium ad impetrandam à Deo rem illicitam est mala & blasphemæ operatio.

Valet votum tale, si ex fornicatione, nulla prole concepta, infamiam vitauero.

Opus secundum se indifferens vtpote otiosum, non potest esse materia voti, nisi sine bono cohonestetur, V. C. Voueo, me non intraturum talem domum, quia occasio est medium peccandi.

Opera bona, quæ sub præcepto sunt, etiam possunt esse materia voti, quia nihil obstat, eandem rem et diuersis obligationibus debitam esse.

Votum rei in se bonæ propter finem mere in-
diffe-

differentem in validè concipitur V.C. si quis voueat, se ieiunaturum, vt sumptibus parcat cum enim in moralibus species rei sumatur à fine; ideo si finis rei promissæ sit indifferens, totus actus ex obiecto indifferens erit adeoque inepta materia voti: Ad impetrationem tamen temporalium bonorum valet votum tale, quia hæc à Deo petere honestum est.

11 Materia voti debet esse opus melius, quam eius oppositum. Cum enim Deo magis placeat opus, quod maius & melius est, quam eius oppositum. Sequitur Deo placitum & acceptum non esse, si homo se obligat ad faciendum minus, quia hoc ipso se obligat ad omittendum oppositum, quod melius est. Quare talis obligatio siue promissio Deo accepta non est. Per oppositum autem intelligitur carentia rei promissæ vel statim carentiæ, si melior sit Deo gratior, quam res promissæ, tunc promissum non obligat V.C. Ludere recreationis causa, comedere temperatè sunt actus honesti, plerunque tamen est irritum votum hodie ludendi, ieiunandi: Validum est votum non ludendi, ieiunandi, quia harum oblectationum voluntaria carentia, siue abstinentia plerunque Deo gratior.

12 Matrimonium ordinariè non potest esse materia voti (quia status ipsi oppositus continentie melior ac beator est) sed in certis casibus V.C. si quis sine graui iniuria sponsæ vel liberorum ab ea conceptorum à sponsalibus recedere non possit, item si pariter Christianos sit conclusa in aliquo regno.

13 Plerunque illicitum est matrimonium eo animo contrahere, vt postea deserta ac decepta coniuge Religionem quis ingrediatur iuxta Nauarr. Sanchez & Suar. ex communi sententia.

Vali

Validum est votum non acceptandi Episcopatum, nisi necessitas cogat, quia honestum & conferat hominem in humilitatis custodia & à periculo ambitionis auocat: Alioquin Episcopatus quidem & status perfectissimus, sed non ideo, quia ad perfectionem consequendam ex se multum promouet, sed potius, quia supponit & requirit perfectionem in salciante.

C A P. III.

De obligatione voti.

Quod quis voto promisit, præstare obligatus est (iuxta Isa 19. *Colent eum in hostiis, & muneribus & vota uenturum Domino, & soluent*, quia habet rationem debiti.) Imò in externo foro Ecclesiastico uouens ad executionem compelli potest. Ratio, quia ad Ecclesiastici Iudicis officium pertinet impedire, ne grauius crimina committantur, cuiusmodi est sacrilega transgressio voti.

Transgressio voti ex genere suo mortalis est, (quippe qua tendit ad fidelitatem Deo ex obligationis virtute præstandam iuxta Apost. 1. Timothi. *Habentes damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt*. Sed materia leuitatem fit venialis, V. C. si quis uouet, se recitaturum 3. Pater noster & Aue: Ratio, quia votum est quasi priuata quædam lex, quam quisque sibi sponte imponit, ideoque eius obligatio ad modum aliarum legum explicanda est.

Votum in dubio interpretandi videlicet secundum naturam & conditiones rei promissæ, quia quisque promittens præsumitur tali modo se obligare uoluisse, sicut rei promissæ natura postulat.

D d d

Quod

Quod si dubium sit de intentione vouentis, talis interpretatio fieri debet secundum verborum communem usum & acceptationem; Excipe; Qui vouit Rosarium debet pie orare, qui vouit ieiunium intelligitur Ecclesiasticum.

NB, Violans votum abstinendi certa die à carnibus, toties peccabit, quoties comedat, ratio; quia votum abstinentiæ negatiuum est, prædicato distributionem adferens, vt sensus sit voueo, me tali die nunquam carnes comesturum,

4 In dubio votum interpretandum est; quatenus minorem obligationem adfert; *Quia cum agitur de obligatione stricta interpretatio facienda est.* Votum autem grauissimam obligationem continet. Ergo Et magis homines mouebuntur ad vouendum si eorum exactio benigna potius, quem rigida fuerit.

5 Votum sine temporis de terminatione editum executionem mandare debet, cum primum commode potest, iuxta Deuteronom. 23. Ratio; quia hoc est commune omni promissioni absoluta & non limitata, vt statim obligationem pariat, & consequenter exigere possit, atqui Deum statim exigere executionem voti constat ex Deut. 23. Voti Religio- nis dilatio notabilis sine iusta necessitate est mortale, propterea quod quasi mutiletur obsequium Dei perpetuum ad quod se obligauit vouens.

6 Obligatio voti personalis est, & ad aliam personam non transit; Ratio; quia obligatio voti, & cuiuscunque promissionis ex proprio voluntatis consensu nasci debet, ergo non alium, quam ipsum vouentem ac consentientem obligat, nisi alius se con- te velit pro alio supplere votum, tunc enim fit pro-

primū iuxta illud: *Subrogatum sapit naturam eius in
suis locum subrogatur.*

NB. Ad votum à communitate factum non ob-
ligantur posteri nisi ex vi pacti & consuetudinis lon-
ge dummodo approbatio tacita vel expressa Epis-
topi accedat.

Factum alienum voueri non potest; sed intentio
vouentis esse censetur, curaturum se, vt alius faciat.
Vnde liberi non obligantur voto parentum, offe-
rentium eos Religioni, nisi consentiant & ratifi-
cent. Nam ingressus Religionis debet esse libera
voluntatis.

Vouens, se ieiunaturum, non satisfacit, si alteri
persuadeat, vt pro ipso ieiunet: Ratio; quia vouens
factum proprium promittit. Ergo ad illud obli-
gatur.

Si vouens impotens est, implendi voti sui, non
debet aliam personam substituere: Ratio; quia a-
ctus se non extendit vltra intentionem agentis.
Vouentis autem intentio fuit, se facturum. Ergo
si id non possit, non tenetur per alium præ-
stare.

Triplex est votum Personale (Est promissio facta
à vouente alicuius functionis præstandæ) Reale
(est promissio facta alicuius rei dandæ etiam per
famulum v.c. Eleemosynæ) Mixtum, quod partici-
pat de vtroq; v.c. vouere contra hostes fidei se pug-
naturum.

In voto mixto & reali, & personali attendenda
quidam principaliter promittere animus fuit.
Nam si promissum personale principaliter fuerit:
tunc si vouens per se peregrinari
contra hostem militare non possit, non tenetur

Ddd 2 sumptus

sumptus mittere, quos proficiscendo facere debuisset: Contrà autem dicendum, si reale sit principaliter: personale autem accessorium V. C. vouere proprijs manibus dandi eleemosynam, is nihilominus tenetur ad eleemosynam.

¶ 2 Ad vouentis hæredem post aditam hæreditatem transit obligatio votorum realium non personalium, prius potest; quia hæres ad eundo hæreditatem sentit commodum, ergo etiam debet sentire onus, quod est votum reale, idque non ex voto Religionis quippe quæ solum vouentem astringit, sed ex virtute iustitiæ, ratione acceptatæ hæreditatis vnà cum omnibus oneribus.

¶ 3 Hæres non tenetur vota & legata pia præstare vitra vires hæreditatis, imò neque cum diminutione legitimæ necessarijs hæredibus debet.

NB. Solutio votorum, vtpote potioris obligationis, præcedit omninò legatis pijs: Quod vero vota personalia defuncti hæres non teneatur exequi. Ratio est, quia hæres succedit defuncto, eiusque personam repræsentat, tantum in realibus commodis & oneribus debitis; Non item in priuilegijs, & oneribus personalibus: Excipe, nisi sub ea conditione hæres non necessarius institutus sit, vt talia vota exequatur.

¶ 4 Vota mixta non tenetur hæres implere, nisi quod in eis reale est perse & independenter à personali obligatione defunctus permiserat.

* *
*

C A P. IV.

Vtrum melius magisque meritorium sit opus ex voto, quam sine voto.

MAgis meritorium & melius est opus ex voto, quam sine voto, prob. Nobilioris veritatis nobilior est opus: Religio autem omnium virtutum moralium nobilissima est. V. C. Opus temperantiae votum in Deo honorem actionis virtutis, nempe religionis, honestatem consequitur. Confirmatur; quia omittens opus bonum voto promissum sacrilegium committit grauius peccans, ergo qui obseruat magnam virtutis laudem à Deo consequitur: quia oppositorum eadem est ratio opposita; neq; congruis diuinæ iustitiæ, vt voti transgressionem plus puniat, quam eius obseruationem remuneret.

Necessitas implendi voti non minuit libertatem voluntatis, quia homo iustus sponte ac libere operatur, quod lex iubet licet fortè non operaretur nisi lex iuberet.

Pœnitentia voti si efficax non sit, nihil culpæ habet, quia talis simplex displicentia non versatur circa malum & prohibitum obiectum. Nam sicut ab initio potuit homo nolle vouere, ita postea optare potest, quod non vouisset, est tamen actus otiosus propter periculum præuaricandi votum maxime votorum perpetuorum, potest fieri interdum mortale.

C A P. V.

De voto pœnali.

Votum pœnale dicitur cum quis minimè affectus est ad rem, quam in pœnam vouet, sed ideo

Ddd 3 cam

eam promittit, si crimen commiserit, ut retrahatur à crimine v.c. Voueo, me ingressurum religionem si fornicatus fuero, aut eleemosynam in pœnam daturum si lusero.

2. Si opus principale illicitum vel impossibile fiat, aut eius præstandi obligatio per dispensationem tollatur, cadit etiam obligatio pœnæ, quippe quæ ut accessoria promissa erat v.c. si quis vouet, si cum hoc homine, cum quo inimicitias gerit, loquutus fuerit, in pœnam se ieiunaturum, nulla est obligatio pœnæ quod per dispensationem etiam pœnæ tollatur: probatur, quia pœna habet ordinem ad transgressionem, atqui post dispensationem locum non habet transgressio voti. Ergo neq; pœna, quod si transgressus quis sit, obligatur pœnæ.
3. Ignorantia vel obliuio excusans à culpa, itidem excusat ab annexa pœna, quippe quæ locum non habet, ubi voluntaria transgressio non est, & id etiam locum habet in ignorantia facti, v.c. si vouistis, te miseram auditorum diebus festis, & nisi audieris, te eleemosynam daturum, sed postea intermitris, quia non recordaris diem festum esse, perinde est, ac si iustâ causâ impeditus esses.
4. Votum si blasphemiam imposterum dixerò, dabo in eleemosynam vnum aureum plerumq; intelligitur toties, quoties peccatum commissum fuerit, si nimirum intentio fuerit vouentis, in perpetuum sibi interdicere peccandi facultatem sub propria pœna, si vero non constat de intentione vouentis, tunc pro prima vice soluenda est pœna, quia cum de interpretatione voti agitur benignior pars in dubio acceptanda est, salua verborum proprietate.

C A P. VI.

De voto *Conditionali.*

Votum conditionatum imperfectam & suspensam obligationem continet, ita vt vouens teneatur seruare propositum implendi votum, si conditio euenierit, nec debet se interim, dum euentus conditionis speratur inhabilem reddere ad executionem voti v.c. qui vouit, se Religionem ingressurum, si pater ex India reuersus fuerit, is non potest interim matrimonium contrahere.

Non peccat vouens, si apposita conditione euitet, vel impediat ne vel obligationem contrahat v.c. aliquis vouit esemosynam se daturum, si iurauerit se iulurum, non peccabit si abstinerit ideo à iuramento & iusu. Cum enim voues adhuc liber sit à voto, poterit eius obligationem subterfugere, vel impedire quocunq; modo secundum se non illicito. Quod si verò vouens lege aut præcepto obligatus sit ad conditionem seruandam, tunc peccabit contra religionis virtutem si non seruauerit. v.c. si spacio vnus anni fornicationem euitaero in gratiarum actione ingrediar Religionem, talis si intra annum fornicetur ea intentione, vt voti obligationem subterfugiat, non tantum contra castitatem, sed etiam religionem talis peccabit, violando quodammodo pactum cum Deo initum.

Item si propter valetudinem voueas Religionis ingressum, licet bibendo, comedendo lædas, nō peccas, contra votum; item si voueas Religionem, si pater consenserit, poteris precibus apud patrem instare vt te liberet à voto; Ratio, quia vouens non censetur se obligare ad promerendum vel nulla ratione impediendum conditionis euentum.

Ddd 4 Qui

3 Qui aliquid Deo vouet vel homini promittit sub conditione consensus paterni, statim obligatur, si pater consensum præbeat: Licet postea consentiat.

NB. Si quis voueat Religionem si pater consentiat, patre dicente, se nec suadere, nec dissuadere, tunc ceteri debet conditio impleta. Nam qui vouet sub conditione consensus paterni, eius animus censetur esse, se obligare velle, nisi pater agere ferat, vel dissuadeat. Qui autem tacet, non utique fatetur, sed tantum verum est eum non negare, siue contradicere. Idem sentiendum, si pater ante consensum moriatur, quia spectato sine vouentis satis est patrem non contradicere, seu non se opponere.

4 Etiam si aliquis dolo efficiat ut appositæ voti conditio non impleatur, obligationem subterfugere videtur, vel enim talis vouens (V.C. Religionem, si fornicatus fuerit) qui fraude postea usus est, ad voti conditionem obligatur ratione conditionis impletæ, vel ratione peccati commissi, neutrum dici potest. Non primum, quia reuera conditio impleta non est, si quidem à fornicatione præseruatus non est: adde incertum etiam esse, etiam si is fraude usus non esset, utrum conditio, quippe suapte natura contingens, impleta fuisset, nec ne. Non secundum, nam hoc discrimen est inter violationem promissionis Deo factæ & hominem quod illam obliget ad penitentiam, & satisfactionem pro peccato & iniuria Deo illata: Hæc vero ad restitutionem damni homini illati.

Quia homini violatione iuris sui damnum inferatur in bonis ei vtilibus, quod compensari poterit ac debet: Deo autem transgressione voti nulla vtilitas decedit, quæ restitui possit ac debeat, sed tantum hono

honor & cultus debitus aufertur, qui per penitenti-
am ei restituitur.

Quare generalis regula tradi potest, quod trans-
gressio voti non obligat ad compensationem, v. c. si
vouisti certo die ob specialem deuotionem, te ieiun-
naturam atque tunc intermittas culpate, vel incul-
pate, non teneris alio die compensare.

CAP. VII.

Quenam persona uouere possint.

OMnis homo viator habens usum rationis vali-
de uouere potest, ante septennium tamen irri-
ta censetur, nisi probabilissimæ coniecturæ suadeant
sufficientem usum rationis fuisse; post septennium
tamen validæ præsumantur nisi coniectura sit defe-
ctum fuisse ex rationis usu profecto.

Ecclesia in quibusdam votis certam formam seu
conditionem requirit, quâ non obseruatâ, irrita sunt,
ad eum modum, quo lex ciuilibus promissionibus,
& contractibus certam formam præscribere potest,
sine qua valorem non habeant, neque idcirco Eccle-
siastica potestas diuino iuri derogat, quia Deus non
acceptat vota, quæ ab Ecclesia ob iustam causam in-
firmantur, sicut etiam remittit obligationem valo-
rum, in quibus Ecclesia ex iusta causa dispensauit,
idque ex vi promissionis factæ S. Petro Matth. 16.
Ut quod ipse solueret in terris esset & solutum in cæ-
lis, ad hunc modum Ecclesia infirmat vota facta ex
gravi iniusto metu, item religionis professione fa-
cta ab impubere, hodie iuxta Trident. Irrita est pro-
fessio facta ante annum 16. completum.

NB. Ecclesia nõ habet iurisdictionem super actus
Ddd 5 mere

merè internos in foro contētiōso, quæ tendit ad vñ-
dictam fori externi, habet tamen iurisdictionē super
actus internos quatenus tendunt ad salutem animæ.

3 Vota non omnia firma sunt, si & irrita reddi pos-
sunt, quatenus cedūt in præiudicium potestatis alicuius
næ, cui subiecti sunt V. C. Religiosus sub Prælatō;
impubes patri vel tutori. Seruus domino coniug
coniugi, debitor Creditori.

4 Religiosus & impubes magis subsunt; Ille præla-
ti, hic patris vel tutoris potestati, quam vxor marito,
filius familias pubes patri: Nam religiosus propria
voluntati sponte resignauit atque Prælati voluntati
per vota obedientiæ se subdidit. Impubes verò iuxta
iuris dispositionem plenum suæ voluntatis domini-
um non habet, vxoris verò & filii familias, Voti de-
pendentia est secundum quid ac veluti per accidens
videlicet ratione materiæ, quæ alterius iuri vel po-
testati subiecta est.

5 Actiones religioſe quæ secundum se bonæ sunt
(v. c. orare rosarium) & inde pendentia regula &
Prælati licentia partem absolute voueri possunt, par-
tem vero non sine dependentia à licentia Prælati.

6 Prælati Ordinis omnia vota Regularium irrita-
re potest (excepto eo, quod est transeundi ad ordi-
nem strictiorem, vel quod ipsa ordinis inuitatio pe-
stulat) quia habent tacitam conditionem, nisi Præla-
tus recognita contradixerit. Vnde Prælati potesta-
tem habet omnia eiusmodi vota informandi, per
quam irritationem omnis eorum obligatio tollatur.
Posterius probatur, quia professio Religiosa intelli-
gitur, nisi eam in melius commutare placuerit, po-
test tamen Prælati in talibus votis dispensare quæ
pe Papæ non reseruat.

Si Religiosus opus pium vouet quod sine licentia 7.
 Prælati exequi non potest, debet eam petere, sed nõ
 videtur necesse, vt voluntatem suam explicet, prius
 probatur: Qui enim voluntariè se obligat ad finem,
 censetur etiam se obligare ad medium, sine quo fi-
 nis obtineri non potest, atq; actiones sine licentia,
 Prælati petita & obtenta exerceri non possunt Ergo
 dum eas Religiosus promisit, simul etiam promisisse
 censetur, se licentiam petiturum: quemadmodum
 vxor si vouerit peregrinationem, quam sine consen-
 su mariti se perficere non posse, tacitè censetur se ob-
 ligasse ad consensum petendũ, quod si expresse vo-
 uerit contra voluntatem coniugis peregrinationem
 ipsius iuri præiudicãtem instituire, irritum est votũ.
 Posterius probatur: Quia vouens peregrinationem
 v.c. ad cuius executionem scit opus esse licentia supe-
 rioris, tacitè se obligare videtur ad id solũ, quod ne-
 cessarium & communiter sufficiens medium ad li-
 centiam impetrandam; Ratio similis, si Religiosus
 homo quippiam promisit ad quod exequendũ supe-
 rioris licentia requiritur, sufficit licentiam petere,
 neq; opus est promissionẽ factã superiori significare.

Summus Pontifex vota regularium directè infir-
 mare potest, secularium non item: Prius patet, quia
 ipse omnium religionum caput.

Prælati Ordinis vota Nouitiõũ simpliciter ac
 directè irritare nõ potest cum adhuc sui arbitri sint,
 quamuis dispensare possit, si à iurisdictione Episcopi
 exemptus sit, eo quod Nouitius ordinis sui priuile-
 giis gaudeat; Non exempti autem Abbates dispen-
 sare non possunt cum suis Regularibus nisi ex con-
 suetudine.

Vota impuberis omnia simpliciter & directè paterit
 ritare

ritare potest, & in eius defectum auus maternus & mater, vel iudimagister secundum quosdam: Ratio, quia naturali equitati valde consentaneum est, ideoque iure gentium introductum, ut homines in tenera & impubere aetate propter imbecillam rationis discretionem aliena patris vel tutoris voluntate regantur, ideoque sine hac, illorum pacta & promissiones non omnem firmitatem obtineant, sed patris arbitrio aut si ille absens siue aui siue tutoris rescindi possint. In iure requiritur ad aetatem pubertatis annus decimus quartus completus, in foemina duodecimus.

II Vota ab impubere edita, etiam post pubertatem a patre irritari possunt, si ea pubes factus non confirmavit idemque sentiendum de tutore: Ratio, quia in his *primordialis natura & obligatio inspicienda est*: Votum autem impuberis ob aetatis & iudicii imbecillitatem & imperfectionem ab initio dependebat a patre, ergo hanc conditionem & imperfectionem suam semper retinet nisi noua confirmatio postcedat: Idem potest tutor utpote representans personam patris, & licet tunc curator sit principaliter habens administrationem bonorum tum non caret omni potestate & directione erga personam minoris.

12 Maritus non omnia vota vxoris, sed ea tantum rescindere potest, quae & quatenus iuri suo praedictum afferunt; similiter & vxor vota mariti: Nam mulier non est simpliciter viro subiecta in omnibus actionibus, alioquin liberis; sed solum quatenus vinculum matrimonii exigit, ut alter alteri coniugii iura tribuat, & in vitae societate, liberorum educatione, ac familiae administratione mulier viro tanquam capiti

capiti subdita sit iuxta Apost. Ephes. 5. Quare mulier potest vouere, elemosynam de bonis paraphernis, quorum administratio ad ipsam pertinet, item orationem & alia, vt S. communionem quibus nec iure coniugali, neque domestica gubernationi vllum præiudicium affertur. Quanquam talia vota interdum desinunt obligare, si maritus contradicat, & iniquo animo ferat. Non quod contradicentis auctoritate irrita reddantur, sed quia maius tunc bonum pacis impediunt,

Pater non omnia vota puberis irritare potest, sed ea tantum quæ patriæ potestati præiudicium adferunt, videlicet quæ liberam familiæ administrationem impediunt, vel filium nimis à cura & obedientia patris abstrahunt; Excipe votum Religionis cum pater contradicere potest.

Et si superior licentiam dedit, nihilominus votum rescindere potest, multò magis successor: Ratio; quia dando licentiam nequaquam à se potestatem gubernandi adeoque præcipiendi & verandi abdicare censentur. Promissio tamen homini facta de licentia superioris non potest reuocari amplius propter pacem & confirmationem firmitatis pastorum inter homines.

Votum Continentiæ cum coniugis consensu approbatum editum irritum deinde reddi non potest: Ratio; quia quod attinet ad usum coniugii vir non habet potestatem gubernatiuam, imò non maius habet ius in vxorem, quàm ipsa in virum; Quare si vnus coniux alteri semel licentiam dedit non sine proposito renunciandi iuri suo, deinde licentiam reuocare non potest.

Votum vxoris de non petendo coniugii debet à marito

marito

marito nequit rescindi, quamuis sine eius consensu editum sit: Ratio; quia coniux coniugi non obligatur ad coniugis usum petendum, sed ad reddendum solum petenti; Data opera locutus sum de voto vxoris, quia votum mariti potest cedere in prauiudicium vxoris praereverencia petere non audebit si maribus nunquam petat. Quare tali casu vxor non nisi votum rescindere potest.

Petentes debitum coniugis post votum continentiae utrinque editum, petunt contra votum & contra iustitiam, cum non habeant amplius ius exigendi, quippe cui per pactum mulierum renuntiaverunt.

17. **Votum impuberis** etsi in patre vel tutore approbatum sit, nihilominus reuocari & rescindi potest, quia licet impubes cum consilio patris aut tutoris voueat, nihilominus ob aetatem manet subiectus.

18. **Si superior sine iusta causa** votum subditi irritum pronunciet peccat venialiter; similiter si data licentia voti exequendi reuocet, quia utitur iure suo, quia superior abutitur potestate sua, si sine iusta causa promptitudinem subditi sui ad exhibendum Deo cultum per voti executionem impediatur.

19. **Vota, quae directe & absolute irrita facta sunt,** non reuiuiscunt sublato statu subiectionis propter directam potestatem patris in vouentis voluntatem. Secus si tantum indirecte & per accidens rescissa sunt. V. C. Si vxor vouet, se tota vita ieiunariam Feria 6. Et maritus irritauit mortuo marito reuiuiscit, quia cessat obligatio & prauiudicium coniugis. Et vxor quae in viro aut ignorante marito Religionem professam, & ab eodem reuocata est, postea

postea marito mortuo ad Monasterium compellenda non est, quia professio vxoris, repugnante marito acceptari non potuit, ideoque ipso iure irrita fuit, nihilominus a secundis nuptiis arcendam esse, propterea quod votum continentiae, quod illa ex iuris interpretatione virtualiter edidisse censetur, a marito simpliciter rescindi non potuerit, sed solum quatenus in praedictum eius cessit, ut coniugii debitum exigenti reddere teneretur. Contrarium tamen docet Sanchez.

CAP. VIII.

Quibus modis votum extinguatur aut relaxetur per dispensationem commutationem.

Votum extinguitur, si tempus elapsum sit, quod iuouens destinavit causa obligationis restringendae finiendae V. C. si vouisti te ieiunaturum pridie natiuitatis B. Virginis, eoq; die intermisisti culpam vel inculpam postea voto solutus es.

Cessante causa finali ac principali cessat obligatio voti V. C. si vouisti pauperi daturum victum ille autem diues aut minus indigens factus est cessat obligatio voti.

Votum extinguitur ob superuenientem inopinabilem mutationem obiecti, si ex possibili fiat impossibile, vel ex licita materia vel illicita, quia obligatio extinguitur, si in eum casum incidat, a quo incipere non potest. Adde quod votum conceptum de impossibili aut illicito non obligat, etiam si postea possibile, aut licitum fiat. Quod enim initio vitiosum est non potest tractu temporis conualescere. Reg. 29. ff. Porro si inopinabile immutatio accidat, & casus inopinatus. ut

uni

præsumi possit vouentis intentionem ad eiusmodi euentum non se extendisse, sed exceptum fuisse. Si in mentem venisset. *ve.* Vouisti, te omnibus diebus veneris ieiunaturum, nihil cogitans de Christi natiuitate in diem veneris incidente de Ratto, qui eiusmodi benignam interpretationem lex postrema secundum Epiedniam suscipit: Atqui votum est priuata quædam lex, quam sibi ipsi homo ponit. Quare sicut ægritudo *v. c.* sufficit ad excusandum aliquem à præcepto Ecclesiastici ieiunii, ita similitas ab obseruatione ieiunii voto promissi.

NB. Vouens in iuuentute ingressum Religionis & ducens postea uxorem contra votum, ea mortuus in senectute propter difficilem ingressum, solutus est à voto.

NB. Mutatio fit temporalis. *v. c.* Vouisti te adificaturum templum & ad paupertatem red geres, liber es interim à voto, sed si rursus direscas, tenens voto.

4 Dispensatio in votis, vt valida sit causam iustam requirit, quia potestas collata est Ecclesiasticis dispensandi non in destructionem sed ædificationem: irritatio, autem sine iusta causa facta, tamen valida est quia superior votum subditi rescindens proprium ius & potestatem exercet.

5 Causæ iustæ dispensandi in votis oriuntur vel ex imperfectione actus, vel ex materia voti (*v. c.* si uenti spectata corporis constitutione nature fragilitate, &c. periculum maioris ruinæ paritum videatur votum continentia perpetua editum à persona ad carnis lapsum procliu) ex executionis eius difficultate, vel ex necessitate aut utilitate præsertim publica *v. c.* si vnicus hæres Ducatus Religionem

vouit, aut si longam peregrinationem vouisti, cum præstaret te Reipublicæ regendæ interesse.

NB. Prælati dubitans de iusta causa dispensandi, seposito scandalo interdum inclementiorem partem declinare potest.

Episcopus in omnibus votis suorum subditorum 6 dispensat præter quinque summo pontifici specialiter reseruata videlicet votum perpetuæ continentiæ, Religionis; item peregrinationis Romanæ Hierosolymitanæ & Compostellanæ.

Archiepiscopus dispensare potest in votis suffraganeorum, sed non cum subditis eorundem nisi per viam appellationis aditus fuerit.

Vota quædam reseruatis similia sunt, sed re ipsa 8 non reseruata Papa. Videlicet votum seruandi castitatem ad certum tempus; votum castitatis conjugalis, votum non petendi debitam, votum vxorem non ducendi, votum non fornicandi, sacri ordinis suscipiendi, religionem strictiorem ingrediendi: Ratio horum est quod reseruaciones à communi iure & ordinaria Episcoporum potestate exorbitent strictæ interpretationis esse debeant, ideoque cum votum castitatis siue continentiæ restringatur, explicari debet de perpetua.

Votum pœnale V. C. si fornicatus fueris, voueo 9 in pœnam, me religionem ingressurum, neq; post culpam admissam reseruatum est, ob quod votum pœnale non fiat, cum directo affectu erga rem promissam, vt alia vota, sed magis cum animi aduersione, vel timore eiusmodi obligationis contrahendæ, vouens reuocetur à crimine; Quare non est purè dictum votum seu promissio alicuius rei in Dei cultum præstandæ.

Ecc. Votum

- 10 **Votum conditionatum si ex morbo conualteret me Religiosum fore, reseruatum non est ante conditionem impletam, postea verò videtur reseruatum: Nam sicut omnes alii contractus & promissiones factæ sub conditione, ea conueniente purificantur & absoluuntur, omnesque effectus obligationis pariunt, perinde ac si sine conditione factæ essent ita etiam voti promissio. Alia ratio est de voto pœnali, quippe tendens solum in rem promissam tanquam pœnam, adeoq; vt malam & afflictiuam, quam mallet euitare, quàm incurrere: In voto autem merè conditionato V.C. Voueo si conualueris me ingressurum in religionem, affectus voti per se tendit in rem promissam, tanquam bonam & salubriter præstandam in Dei honorem.**
- 11 **Votum Castitatis vel Religionis ingrediendæ, si metu inducto eoq; leui extortum fuit sub Episcopi dispensationem cadit, idq; ob imperfectionem consensus; quippe aliquomodo extortum, non est præsumendum, Papam sibi reseruare velle.**
- 12 **Votum alternatiuum, cum altera tantum pars reseruata, reseruatum non est, nisi postea vouens ad partem reseruatam cum voluntate obligationis determinauit. Prius probatur (V.C. Voueo, sine alimina Apost. peregrinaturum, aut quinquaginta aureos daturum) quia tale votum non est determinatè de re seruata, neq; ad illam simpliciter obligat. *Quia in alternatiuis debitoris est electio & sufficit alterum impleri Regi 70. in 6. Posterius probatur ex Reg. 2. in 6. Quod semel placuit, amplius displicere non potest.***
- 13 **Postquam summus Pontifex votum reseruatum in aliud commutauit. Episcopus exigente causa dispensare non prohibetur: Nam hoc ipsum, quod**

prout votum cum vouentis consensu commutatum est, quasi aliud siue nouum votum erudit, quippe non iam obligationem continens, cuius materia reseruata non est.

Reseruatō votorum strictæ interpretationis esse **14** debet, atque in dubio non asseranda, quia reseruatō est odiosa.

Si coniux cum consensu coniugis continentiam **15** perpetuam absolutè vouerit, reseruatū hoc votum censi debet, quia est continentia integræ & perpetuæ, sicut est, si vouerint eum limitatione V. C. nisi proles mascula ante ipsos mortem obeat.

Ob necessitatem & difficultatē ad eundem Pa. **16** tam casus Papalis sit Episcopalis, ob præsumptā rationabiliter mentem Pontificis, nolle eum sibi vota tanto rigore reseruare: sed potius contentum esse, ut in necessitate eius potestas deuoluatur ad Episcopum.

Episcopus ob causam necessitatis dispensare po- **17** test, tamen si legatus pontificius in prouincia sit: Ratio; quia legatus à latere ordinario iure non habet maiorem potestatem dispensandi, quàm Episcopus: si tamen ad hoc specialiter priuilegiatus à Papa, multorum sententia est, Episcopum dispensare non posse. Ratio est, quia Episcopus in his casibus dispensare vel absoluerē duntaxat potest ob rationem necessitatis, quæ ratio cessat, si adiri aliquis possit, qui specialem commissionem habet, quippe quam Papa, ideo etiā aliquibus concedere solet ut in causa necessitatis ad illos recusari esse possit.

NB. Episcopus in casibus frequenter occurrentibus cuiusmodi peccatum hæresis in partibus septentrionalibus, item votum continentia cum pacto

Ecc 2 inter

inter coniuges editum bona fide & Doctorum quorundam consensu subnixus consuetudine diuturne dispensandi vel absoluedi potestatem sibi comparare potuit.

NB. Priuilegia Mendicantium Regulatum, quod possint dispensare in votis Episcopo referatis, intelligi debent de votis & casibus Episcopibus, qui ordinario iure Episcopis competunt, ideoque proprie Episcopales sunt, non item de iis, qui per se papales sunt, & tantum per accidens ob urgentem necessitatem & moralem impotentiam ab eundem Papam ad Episcopum tanquam ordinarium post Papam pastorem deuoluuntur.

18 Per Commutationem voti obligatio non tollitur, sed ad aliam materiam transferitur.

19 Vouens propria auctoritate votum commutare potest in opus melius (constat enim quanto melius est opus, tanto etiam Deo gratius, quare qui opus promissum in aliud melius commutat, is obligationi suae etiam abundantiùs satisfacit in ingressum Religionis omnia vota possunt commutare, quod continenter omnia vota in se continet, cum homo se Deo in perpetuum se consecrat) votum propria auctoritate non potest votum commutare in aequale sed necessaria est auctoritas Praelati: Ratio, quia non aliud pro alio solui, pro necessario consentiente. Atqui Deus non videtur consentire, ut à spontaneo ipsi promisso cultu recedatur, sed constantè in proposita specie reddatur, nisi causae recessionis urgeat, quam cognoscere ad superiorum pertinet.

NB. Non confessarii omnes possunt commutare vota aequalia, quia votorum commutatio sicut & dispensatio

Dispensatio est actus Ecclesiasticæ iurisdictionis exterioris, alioquin frustra confessariis interdum conferrentur specialia privilegia commutandi vota.

Qui habet privilegium dispensandi in votis, aut²⁰ iuramentis, ea etiam commutare potest: Nam cui licet plus, licet etiam quod minus est: Reg. 53 in 6. Atqui voti commutatio est veluti imperfecta dispensatio siue relaxatio, siquidem per dispensationem votum simpliciter tollitur, per commutationem autem solum secundum quid, quia ab vna in aliam materiam transfertur.

Privilegia commutandi & dispensandi in votis²¹ intelliguntur sine præiudicio tertii: Tunc autem commutatio fieri censetur cum præiudicio tertii, si alicui certæ Ecclesiæ vel personæ pauperi V. C. per acceptationem voti ius acquisitum fuit, ante acceptationem autem cum nondum ius & actio seu peritio competat per commutationem aut dispensationem tolli possunt.

Ut voti commutatio in opus melius fiat nulla²² causa requiritur, quia per se notum est, talem commutationem gratam esse Deo, ynde Prælati auctoriter in ea non opus est requirere. Ad vero ut voti commutatio in æquale opus aut minus licita & valida sit requiritur causa aliqua, quia Deus non censetur esse contentus, bona fide tamen facta commutatione sine causa, censetur Deus esse contentus.

Commutatio in opus æquale facili de causa ab²³ habente potestatem fieri potest ad peritionem votis, tunc enim ratio adest, ut condescendatur fragiliter eius, quo maiori cum solario, & animi promptitudine, voti sui debitum in alia materia, ad quam magis affectus est, exsoluat.

Ecc 3 Qui

- 24 Qui habet potestatem (V. C. in Iubilaeo) vota commutandi, tantum debet commutare in opus aequale moraliter rem aestimando non scrupulose, sed bona fide. Ratio, quia nomen commutationis aequalitatem significat: Privilegia extendi autem non debent ultra verborum proprietatem.
- 25 Vota realia fermè conuenientius in onera realia, personalia autem vota in onera personalia commutantur: Ratio, quia in votorum commutatione, quatenus fieri potest, conseruari debet cum materiae aequalitas, tum idem finis siue intentio vouentis, haec autem plerunq; melius seruatur, si votum personale in aliud personale commutetur V. C. Votum Concilii gestandi carnis causa domandae in ieiunium, Et reale in aliud reale V. C. Votum aedificandae Ecclesiae, in Eleemosynam, aut alias causas pias. Item votum mixtum in onera tum realia, tum personalia: V. C. Votum peregrinationis in ieiunium vnum vel plura habitacione laboris. In votis commutandi potest interuenire optio vouentis.
- 26 Votum tum poenale, tum absolutum etiam post eius transgressionem, vel contractam poenam commutari potest.
- 27 Qui habet privilegium seu delegatam potestatem dispensandi vel commutandi vota fidelium non potest ralem facultatem alteri subdelegare. Qui delegatus nunquam potest subdelegare, si censetur electa industria personae, vt in proposito accidit.
- 28 Votum quod per commutationem extinctum fuit, nunquam amplius reuiuiscit.
- 29 Qui vouerat peregrinationem idq; votum postea in Religionis profissionem mutauit, si postea religione eiiciatur, non tenetur peregrinatione

Instituere. Quia omnia vota simplicia commutantur in votum Religionis, tanquam id quod melius, quippe cum perpetuum Dei seruitium contineat, consequenter priora vota extincta sunt, vt in propria sua materia non obligent, quod autem semel extinctum est iterum non reuiuiscit, eaq; ratio similiter concludit; siue commutatio ab homine, siue à Iure facta sit.

Per vota simplicia in Societate Iesu edita priora, in secula emissa ante professionem suspensa manent non penitus extincta, potest tamen vouens vota simplicia in illa etiam commutare sua vota ante edita: Nam quibus propria autoritate votum qualescunq; commutare potest in id, quod scitur melius esse Deoq; gratius: Atqui vota non tantum solemnina, sed etiam simplicia, per quæ aliquis verus religiosus efficitur, & saltem quatenus ex ipsius parte in perpetuo se Deo in obsequium deuouet, eaque inquam vota meliora sunt: Ergo.

NB. In votis Religionis, quamuis strictioris dispensari potest cum ingredientibus in Societatem Iesu; ita tamen vt iterum eas egredi contingat, redeat obligatio voti.

TRACTATUS V.

De statu Religionis.

C A P. I.

De essentia status Religiosi.

Statu Religionis est fidelium ad Christianam perfectionem tendentium editis votis perpetua paupertatis, castitatis ac obedientiae, stabilitate.

Ecc 4 lis in

lis in communi viuendi modus ab Ecclesia approbatus. Dicitur autem status perfectionis non eo consensu, quod omnes Religiosi perfecti esse debeant, sed ad perfectionem tendere.

2 Vera sunt substantialia & essentialia vota Religiosi status, paupertas, castitas, & obedientia, contraria illis tribus impedimentis veluti laqueis huius mundi quibus animus hominis detinetur, quo minus ad Deum se liberè erigere possit, test. Iohann. 1. Epist. c. 2. *Quoniam omne quod est in mundo, concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorum, & superbia vite.*

3 Ordo Religiosus à summo Pontifice approbatus esse debet, eo quod ordo Religiosus est sacer quidam coitus habens spiritualem iurisdictionem, quae prouenire debet ab Ecclesiae praelatis, praecipue summo eius capite Romano Pontifice. Caeterum alias congregationes non sub titulo status Religiosi, sed causa pietatis Christianae nihil prohibet institui, etiam non requisita Episcopi licentia.

1 NB. Cum ad essentiam status Religiosi aliud non requiratur, quam editio trium votorum praedictorum, sequitur, ordines Religiosorum licet inter se differant accidentale regulatum suarum discrimine, tamen in essentialibus conuenire.

Ad essentiam status Religiosi non requiritur, ut vota solemnia sint, sed sufficit illa tria vota Ecclesiae auctoritate acceptari.

4 NB. Qui in Societate Iesu tria simplicia vota ediderant veri religiosi sunt, quippe se societati dedicantes, & actu tradentes, quantum ex parte ipsorum irreuocabiliter, possunt tamen admitti superiorum auctoritate, ad eum modum, quod serui manumit-

mittuntur, licet ipsi meret discedendi libertate careant, ante dimissionem autem inualidè contrahant matrimonium.

Qui in ordinibus militaribus castitatem non absolutam, sed tantum coniugalem vouerunt, proprie Religiosi non sunt. At vera milites S. Iohannis & ordinis Teutonici edunt tria vota substantialia, idcirco veri religiosi illi sunt.

Irrita est possessio Religionis si addatur conditio status Religioso repugnans V. C. vt possit aliquis tenere aliqua bona.

Religiosi non sunt, qui editis votis perpetuæ castitatis ac paupertatis obedientiam etiam vouent Episcopo aut Confessario præstandam. Cum tali voto non subiiciantur spiritali iurisdictioni ordinis.

Summus Pontifex etiam in solemnibus votis Religionis dispensare potest, vt aliquis Religiosus esse desinat. Cum enim Pontifex possit dispensare in votis simplicibus, sequitur etiam posse in solemnibus cum solemnitas votorum Ecclesiæ inuentum sit.

Religiosus promotus ad Cardinalatum vel Episcopatum obstrictus manet essentialibus votis suæ religionis, licet quod non aliquis effectus paupertatis & obedientiæ exemptus censeatur, idque per accidens. Nam manet nihilominus sub obedientia summi Pontificis, capite omnium religionum.

Religiosus factus Episcopus vel Cardinalis, saltem ex moralis honestatis obligatione præscripta Regule seruare debet, quæ cum munere ac dignitate sua consistere possunt V. C. vt habitum sui ordinis seruet.

Ecc 5 Reli.

- 11 Religiosus ad secularem parochiam promotus habitum suæ religionis deferre & alia præscripta Regulæ, quatenus cum munere & laboribus suis consistere possint, obseruare debet etiam sub culpæ obligatione, si Regula ordinis ita obliget.
- 12 Religiosus dum parochiam secularem administrat, in plerisque Episcopo diæcesis subiicitur, verum in iis quæ ad Regulam ordinis spectant, v. C. v. habitum gestet videtur subiectus manere Abbati & proposito Monasterii.

C A P. II.

De origine & varietate Religionum.

- 1 Status Religionis istatim à tempore Apostolorum huc vsque semper durauit, & auctus est Philone Iudæo, Eusebio & S. Hieronymo.
- 2 Non licebat Monachis vitam eremiticam colere, nisi prius in Cænobio virtutem suam probassent.
- 3 Quatuor sunt regulæ S. Basilii, S. Augustini, S. Benedicti, S. Francisci, sub quibus omnes religiosi viuunt, præter Carthusianos & Societatem Iesui, qui ordines propria statuta habent.

C A P. III.

De comparatione Religionum inter se.

- 1 Omnis variorum ordinum Religiosorum diuersitas accidentalis tantum est, quia omnes variis mediis ad Christianam perfectionem tendunt, quæ est charitas & coniunctio cum Deo.
- 2 Triplex est vita Contemplatiua (vacando Deo per orationem & contemplationem mentis) Actiua (vocando proximo propter Deum per opera misericord-

fericordiarum corporalia tum spiritualia) & Mixta
ex utraque.

Cuiuscunque Religionis perfectio attendenda
est tum ex fine eius proprio tum ex mediis, quæ ad
hunc ipsum finem & tria substantialia vota imple-
nda, ac denique charitatis perfectionem consequen-
dam convenienter adhibet.

C A P. IV.

De ingredientibus Religionem.

SI Parentes ingressum Religionis (prius tamen
cum ipsis consilio communicato) impedire ve-
lim, iis etiam inconsultis aut inuitis ingredi, ac pro-
ficere fas est, iuxta S Hieronymum: Sola causa, qua
non liceat obedire parentibus, Deus est: Ipse enim
dicit, qui amat patrem vel matrem plus, quam me,
non est me dignus.

Si parentes in extrema necessitate sint filius etiam
professus licet prælatus iniuriose licentiam neget
dare, egredi potest & succurrere: Ratio, quia præ-
cepta iuris naturalis ac diuini, quod est de subueni-
endo parentibus in necessitate extrema constitutis
nullo voto tolli potest, iuxta illud Matth. 9. *Misericor-
diam volo, & non sacrificium*, idque intelligo etiam de
extraneo in necessitate extremo constituto. Quod
si verò inopia parentum grauis, interim filius in-
gressum Religionis differre debet dum ipsis succur-
ratur; quia maiore præ aliis hominibus obligatio-
ne tenetur filius ad subueniendum parentibus in
gravi necessitate constitutis, ad quod se impoten-
tem reddit per religionis ingressum, non verò tanta
obligatione obstringitur extraneis, ut propter illo-
rum grauiorem necessitatem se debeat magna spiri-
tuali

tuali utilitate priuare, quod si sororibus aut fratribus subuenire debeat, maior debet esse necessitas, quam parentum. Quod si editis votis filius Religiosus factus sit non potest egredi ad subueniendum in graui sine licentia Prælati, quia status religiosus id postulat, cum exinde magnum detrimentum spirituale tam ipsi egredienti, quam toti communitati regulari prouenire posset, quandoquidem multi, qui parentes inopes habent, cogitationibus auferentur, an non obligatio ipsis incumbat ex ordine discedendi, nisi ad hoc licentia Prælati opus esset: Huic autem maiori bono conseruandæ quietis in religioso ordine priuatum commodum ipsorum parentum posthaberi debet.

3 Licet Nouitii regula ordinis non obligentur sub culpæ tamen iustis præceptis conuenienter eorum statui à Prælato impositis obligari videntur. Primum probatur, quia Nouitii regulam ordinis non promiserunt, consequenter nec obligantur sub culpa. Posterius probatur, quia Nouitii subiiciuntur spirituali potestati Prælatorum, ergo eorundem iustis præceptis ligari possunt, & nisi ligarentur, tanquam vagabundi nullius proximi ordinarii iurisdictioni subessent.

4 Nouitii priuilegiis Ecclesiastici fori & Canonis gaudent, atque Prælati iurisdictioni subduntur.

5 Nouitius ordines accipere potest ab Episcopo diæcesis in qua monasterium situm est: Quia Nouitius per ingressum Monasterii habitusque assumptionem, domicilium acquisiuisse censetur: Quia ingressus est cum proposito perpetuo manendi quatenus ex sua parte est nisi mutatio aliqua eueniat.

Si Nouitijs ab ordine recedat, non est obligatus ad expensas ordini soluendas: Ratio, quia ita monasteria fundata esse oportet, vt libera Nouitijs egressiendi facultas relinquatur, quæ tamen impedita foret, si ad expensas soluendas tenerentur. Excipit nisi consuetudo sit, vt pactum ineatur de expensis soluendis, qualis in Monialium quibusdam Monasteriis viget.

C A P. V.

Quæ conditiones requirantur, vt professio in religione valida sit.

Professio in Religione duplex est: alia expressa, seu verbo scripto; alia tacita V. C. si quis post annum probationis Professorum habitum proprium triduo gestauerit, imò intra triduum post annum Probationis Actum professorium exerceat V. C. in Capitulo suffragium ferat.

Tempus probationis ob iustam causam Nouitijs Religionis prorogari potest V. C. ob morbum, ob defectum ætatis, &c.

Ad professionem in Religione tria necessaria requiruntur. 1. Qualitas seu aptitudo personæ uolentis legitima ætate anno exacto probationis in habitu religioso, & sine impedimento substantiali. 2. Consensus & acceptatio eius ad quem pertinet, aliquem Religioni incorporare. 3. Vt professio sponte fiat non cogente graui metu.

Sicut matrimonium carnale; ita etiam Religio assumptio per tria vota substantialia ob nullum errorem qualitatis seu accidentariæ conditionis infirmatur V. C. si quis simulat se sanum, & cum leprosus sit, legitimus, cum sit illegitimus.

Ad

- 5 Ad professionem requiritur, eam acceptari à Prælato Ordinis cum consilio, imò etiam contentu Capituli. Unde si non acceptur professio. Professus non obligatur, quia professio Religionis continet in se quasi contractum & obligationem reciprocam inter profitentem & Monasterium cui incorporatur. Ergo si altera pars non acceptet, nulla oritur obligatio.
- 6 Metus grauis & iniustus ipso iure infirmit Professionem Religiosam, ut nulla exinde obligatio oriatur V. C. si Nouitius incarcerationis fuit propterea, quod discessum petierit: Item metus reuerentialis, si minentur consanguinei nihil amplius subsidii præbendum si è religione egredia tor.
- 7 Post quinquennium à die professionis non auditur Religiosus in externo foro, si dicat professionem suam ob metum vel aliud impedimentum irritam fuisse.
- 8 Licet alicuius professio ipso iure irrita fuerit, tamen subsequente expressa vel tacita ratificatione coram Prælato iisque quorum interest, facile conualescit.
- 9 Qui actum ratificat, scire debet, eum ex iuris dispositione irritum esse, cum enim incogniti nulla voluntas sit, non potest is censei ratificasse professionem, quam ignorauit esse irritam, quemadmodum si quis ad sponsalia, vel alios contractus esse velit, quia nescit irritos esse, cognito errore resistere potest.
- 10 Qui graui metu adactus sacrum ordinem suscipit, non obligatur ad continentiam per se loquendo, secluso scandalo, si tamen ratificet, utpote tamen caractere insignitus incipit obligari.

CAP. VI.

*De variis votis Religionem ingrediendi
& profitendi.*

Qui generatim vouit, se Religionem ingressu-
rum debet moralem diligentiam adhibere, vt
in al quo ordine suscipiatur, idque spectata inten-
tione vouentis vt supra de votis. Si autem in sua
provincia non suscipiatur aditis partibus monaste-
riis, spes tamen sit alibi susceptum, ex circumstan-
tia personæ vouentis colligendam est, vtrum tan-
tum etiam obligationem ad alias terras se conferen-
di suscipere intenderit: Nam masculi solum inten-
tionem censere habentur ad monasteria suæ patriæ:
Feminae solum ad vicina Monasteria propter com-
moditates cognatorum. Quod si quis in ordine
laxiore non recipiatur, non tenerur ad strictissimum
V. C. Capuccinorum, V. C. si homo sit delicatus,
quia in generali coactione non veniunt ea, quæ
quis versimiliter in specie promissurus non fuisset,
nec adigendus est, vt fiat laicus in monasterio, nisi
specialiter vouit, quodcunque munus accepturum.

Sub generali voto Religionem ingrediendi non
videtur comprehendere Religio non Claustralis, E-
quitum militarium, neque dispensatus ad suscipien-
dam aliam Religionem etiam laxiorem transire po-
test ad Claustralem.

Qui certam religionem vouet, etsi in vno mona-
sterio repulsam ferat, debet alia monasteria eius-
dem ordinis adire, si spes sit, susceptum iri. Secus
si ingressum certi monasterii ex causa speciali vo-
uit, hæc in sensu composito, videlicet eum depen-
dentia

dentia ad certum locum, & non in sensu diuiso videlicet per se qualicumque loco.

NB. Peccat contra religionis virtutem, quis impotentem reddit ad monasterii ingressum contrahendo ingentia debita.

4 Et si vouens semel repulsam passus fuerit, debet nihilominus ingredi, si religiosi mutata voluntate eum postea recipere velint: Ratio, quia votum Religionis editum in honorem Dei, atque vouentis spiritualem utilitatem; non autem in fauorem religiosorum ut hi iuri suo renunciantes vouentem obligatione sua liberae possint, qui consensus eorum non veluti conditio sine qua non quæ remota, manet obligatio: Excipe nisi interim Nouitius fuerit in alia religione propter difficultatem recedendi, & Notam leuitatis; item propter sponsalia bona fide contracta quæ non sine iniuria dissolui possunt.

5 Qui religionem absolutè ouit, is neque tenetur neclitè potest ingredi ordinem, cuius regulæ disciplina collapsa est propter peruersionis periculum.

6 Qui vouit se professurum in religione laxa, potest eligere strictiorem qui verò instructior peccat ingrediendo Religionem laxiorem sine dispensatione, quia minus præstat quam promiserat: Valida tamen est professio: Ratio, quia alterum votum solemne (in quo personæ traditio fit & Religioni ius in ipsam acquiritur) Derogat priori simplici voto, per quod nullum tale ius strictiori religioni acquisitum erat.

7 Votum ingrediendi & experiendi religionem strictiorem quisque commutare potest, in voto profutendi laxiorem: Ratio, quia votum perseverantem in laxior

in laxiori melius est & plus obligans, quam votum tantum ingrediendo & experiendo.

Qui vult se Religionem strictiorem ingressus, 8
 rum ordinarie peccat ingrediendo laxiorem sine obligatione in ea perseverandi, quia minus præstat, quam promissit, nisi ordo laxior facilitatem dispensandi habeat V.C. Societ. Iesu: Ratio, quia tali conditione privilegium à fede Apostolica concessum est.

Professus vnus ordinis ad alium strictiorem pe- 9
 titam tamen, ne bonum obedientiæ contemneat, e videatur, licet non concessa Prælati sui licentiâ, transire non prohibetur. Ad æqualem autem vel laxiorem ordinem transeundi licentiam Episcopus, vel Prælati ob iustam causam dispensatiuè concedere potest.

NB. Mendicantes non possunt transire ad alium ordinem non mendicantium (excepto Carthusianorum) sub excommunicatione Papæ reseruata, & licet cum licentiâ Papæ aut ordinis transeant, tamen non habent vocem in Capitulo, nec administrationes, nec prioratus & officia consequi possunt.

In transitu ad Religionem strictiorem attendi 10
 debet ad maiorem seueritatem externam præsertim circa silentium & solitudinem idque ob vitandas contentiones, nam quæ religio altera austerior sit, magis patet, quam quæ magis ad Christiani hominis finem pertingit.

NB. Austeritas ordinis attendenda non est secundum institutum regulæ, sed secundum obseruationem præsentem, in tantum & professus in strictiore ordine, vbi non seruantur regulæ, possit transire ad laxiorem, nisi spes sit reformationis.

Fff Cano-

11 Canonici regulares transire possunt ad Monachos, sed non vice versa, quia Religio monachorum austerior est. Quod si quis ab ordine ad alium transire velit, & non recipiatur, debet redire ad suum ordinem, quia non simpliciter ex ordine dimissus est, sed sub conditione, ut aliam ingrediatur. Ergo hoc non securo, redire debet.

12 Qui religionem absolutè vouit, nisi de alia eius intentione constet, censeri debet, solum ingressum & probationem promississe (quia non data vota sunt & pacta secundum ius commune & consuetudinem interpretanda sunt. Ius autem commune Religionem ingredientibus anni spacium concedit ad experiendum) Quod si tamen sine iusta causa ingrediatur, censetur contra votum peccare mortaliter: Nam qui religionem vouet censetur se ad id saltem obligare velle, quod alii, qui sine voto ingrediuntur, praestare obligati sunt, ad verò hi tenentur perseverare si nulla iusta causa recedendi occurrat.

Qui vouit, se in Religione professurum, exco[n]d[ic]to libertate priuatus est, vel si exeat, debet iterum ingredi sublato impedimento V. C. morbi, in hoc reliquo ordine suscipiendus est.

13 Qui simul continentiam & Religionem vouit, nec ex verbis nec ex circumstantiis colligi possit, utrum continentia per se, an cum dependentia Religionis promittere voluerit, benigniorem partem praeferre potest, adeo ut si voto Religionis solutus fuerit omninò liberatus censatur.

14 Qui post editum votum Religionis ingrediendae aut profitendae Episcopatum accepit est voti transgressor, & Episcopatum, quatenus ex sua parte est, resignare debet, quia status Episcopalis non est sta-

ius perfectionis propriæ, sed alienæ, siquidem non
tam hominem perficit, quam perfectum exigit.
Quod si talis sit confirmatus debet petere dispensa-
tionem à summo Pontifice.

CAP. VII.

*De voto paupertatis in religione approbata
edito.*

Ratione voti paupertatis obligatur Religiosus, ¹
ne quid proprium habere possit.

Religiosus retinet dominium hominis & famæ, ²
capax est etiam iuris eligendi præsentandi benefici-
orum & Regularium.

Scholastici & coadiutores temporales, qui in So- ³
cietate Iesu, post biennium probationis, vota sim-
plicitate ediderunt, retinere & acquirere possunt, do-
minium verum radicale; V. C. hæreditatem privati
tamen actuali iure de iis arbitrato suo disponendi.
Si tamen re ipsa inter viuos aut mortis causa de bo-
nis suis disponant absque consensu superioris, vide-
tur valida esse dispositio, licet ipsi peccent contra
votum paupertatis; quia retinent dominium bono-
rum, donec se iis abdicant, non abdicant se autem
ante professionem solemnem, per quam ipso iure
privantur dominio rerum antehabitarum.

Sine consensu Prælati expresso aut præsumto Re- ⁴
ligiosus nullam rem precio æstimabilem accipere,
retinere, absumere potest.

NB. Comestibilia fructusve accepta à Religio-
so in notabili quantitate constituunt mortale, quia
solus usus rei repugnat voto etiam commutationes
V. C. breuiarii sed veniales, utpote repugnantes reli-
gionis perfectioni; Item peccat studio-

sus Religiosus abutens, pecuniis pro victu ad lusum, Item esculenta ex mensa pro se posita secum auferens.

- 5 Si Religiosus parcus viuendo aliquid reseruat, non sibi acquirit, sed monasterio manet, quippe dominii incapax, ideoque nihil sibi proprium acquirere reseruando potens.
- 6 Religiosus etiam contra votum paupertatis delinquit, si res ipsi ad usum concessas destruit per culpam crassam, quæ dolo æquiparatur, quia is actus est proprius dominii, posse rem arbitratu suo destruere, perdere, religiosus autem cui solus usus facti concessus non potest actum talem dominii exerce- re sine violatione paupertatis voti, & si Religiosus peculium habet suæ administrationi commissum, debet ex eo restitutionem facere Monasterio.
- 7 Quicquid Religiosus contractu, donatione, & hereditate acquirit, Monasterio acquirit, Monasterium autem non obligatur ex contractu delicto religiosi, nisi quatenus consensum præbuit, vel aliquod inde commodum accepit.
- 8 Peccare censetur Religiosus contra votum paupertatis, si quædam abscondat, ne Prælatus ipsum habere sciat, aut reuocare possit, quia tales sunt actus tanquam dominii independentis siue iuris proprietarii qui voto paupertatis repugnant.
- 9 Administratores & Oeconomi Religionis, plus dare non possunt, quam ordinis Regula, consuetudo vel superioris voluntas permittit.
- 10 Prælati Regulares contra votum paupertatis, & aduersus iustitiam peccant, si bona conuentus aliter expendant aut donent, quam ordinis Regula aut consuetudo permittit, quia Prælati non sunt bono-

rum communium domini, sed solum administra-
tores.

Quanta materia ad transgressionem voti pauper-
tatis requiratur, ita defini solet sicuti in furto.

Religiosi peculium habere possunt secundum 1 2
professionem & administrationem dependentem à
Prælati voluntate V. C. Beneficium parochiale cum
licentia Prælati; Item vestes, & alia necessaria an-
imè dari solent à parentibus aut consanguineis, pro
consuetudine monasterii.

NB. Peculium dicitur quasi pusilla pecunia, vel
pusillum patrimonium quod duplex, vnum iuris
perfecti ac independentis, quod est proprie dictum
dominium seu facultas disponendi de re suo arbitra-
ri, huius incapax Regularis. Aliud peculium est de-
pendens à voluntate Prælati, quo ad solam admini-
strationem & huius capax est Regularis.

Trid. Concil. videtur prohibuisse, ne Religioso 1 3
designentur stabiles reditus instar cuiusdam peculii,
quamvis dependentis à Prælati voluntate licet alii
D.D. non sine probabilitate negent id Trid. Concil.
adversari.

NB. Licet alioquin monasterium non teneatur
ex delicto monachi, tamen si peculii administratio-
nem habeat, præsertim extra Monasterium de gens,
pro damnum refarciendum esse.

Prælati Religiosus licentiam dare non potest 1 4
res assumendi in vsus vanos aut illicitos, sed tantum
expendi ad utilitatem Monasterii publicam vel
privatam. Nam Prælati subdito maiorem facultatem
conferre non potest, quam ipse habet, cum au-
tem is bonorum Monasterii dominus, non sit, sed
tantum administrator, ideo ea arbitratu suo atque

Fff 3 inuri-

inutiliter expendere non potest, sed tantum in eiusdem Ecclesiae bonum seu utilitatem. Ergo.

15 Etiam Abbatissae Monialibus suis subditis licentiam dare possunt accipiendi, expendendi, retinendi quae iusta sunt.

16 Religiosus si rem aliquam donatam absolute acceptet in fauorem alterius, non interueniente licentia Praelati, peccat contra votum paupertatis; secus tamen, si se habeat tantum vt intercessor, Eleemosynarius, internuncius, sed hoc repugnat Regulis Societatis: Ratio, quia sicut cum priori ita etiam in hoc casu Religiosus ius aliquod precio aestimabile sibi usurpat, si accipiat pecuniam suo arbitratu pauperibus dissoluendam, ita vt à dante reuocari non possit.

17 **X3.** Religiosus beneficiarius interim dum beneficium obtinet administrationem reddituum habet à sacris Canonibus sibi concessam, quos proinde ad alias causas aut ad sui sustentationem applicare potest, & hoc habet locum etiam in beneficio manuali. Ratio, quia talis est natura beneficii Ecclesiastici, vt tribuat alicui ius administrandi redditus ad necessarios vel pios vsus. Reditus autem ex tali beneficio relicti post mortem Religiosi ad Ecclesiam cui seruiuit, pertinent.

18 **B.** Quae Religiosus beneficiatus aliunde (V. C. hereditate, donatione,) quam ex beneficio acquirit Monasterium sibi vendicare potest.

19 Praelatus religioso vsu alicuius rei tanquam irreuocabilem concedere non potest, adeo, vt etiam promittat non reuocaturum, nihilominus absque iniuria reuocare non possit. Nam Praelatus nihil Religioso contra votum paupertatis concedere potest, repugnat autem voto paupertatis, habere vsu alicuius

alicuius rei independentem & irreuocabilem à Prælato.

Si Monacho hæreditas aut legatum relinquatur ²⁰ talige, vt ad ipsum, & non ad Monasterium pertinere debeat, explicari debet, voluisse testatorem, vt ad Monachum pertineat cum consensu Prælati. Quare si Prælati consensum negat, corrumpit legatum, vel institutum: Ratio, quia dispositionem quamcumque ita interpretari oportet, potius vt valeat, quam vt pereat. Et perplexitas testatoris secundum præsumptam voluntatem testatoris ordinanda est. Et Verba testatoris debent intelligi secundum conditionem personæ alicuius cui aliquid datur, Atqui Monachus hæreditatis aliter capax non est, nisi quoad vsum dependentem à voluntate Prælati. Monachus tamen sibi legatum relictum potest monasterio resignare, quia conditio illa à testatore apposta erat in gratiam Monachi, quiuis autem fauori suo renunciare potest.

Si testator expresserit nõ aliter se relinquere Monacho, nisi vt habeat rem independentem à Prælati consensu irritum est legatum, sed in dubio non est præsumendum id adiectum fuisse, vt conditionem propriè dictam, sed vt modum, qui si impossibilis sit, pro non adiecto habetur.

Pœnitentiæ religiosæ paupertatis (videlicet qui aliquid ²¹ vt proprium retinet) Canonico iure decreta sunt.

1. Si absque pœnitentiâ mortuus fuerit in loco sacro non sepeliatur aut sepultus extrahatur, iterum.

2. Vt ad agendam pœnitentiâ in carcerem detur. 3. Vt biennio voce actiua & passiuâ sit priuatus.

CAP. VIII.

- 1 **S**I religiosus contra castitatem peccat, duo peccata committit sacrilegium & impudicitiam.
- 2 In genere luxuriae non accidit veniale propter materiae paruitatem: Ratio, quia omnis venerea carnis commotio suapte natura ordinatum medium fit ad externam generationem pollucionemve, ut sicut hanc voluntarie velle, est mortale in quouis soluto; in Religioso vero ita similiter est, si deliberate aliquis consentiat in delectationem, vel commutationem veneream.

CAP. IX.

De voto religioso obedientiae.

- 1 **S**I Praelatus iuste aliquid praecipiat Religioso cum voluntate eum obligandi, contra obedientiam votum peccat, nisi obediat, quia Religiosus hoc ipsum vovuit, Ergo est transgressor voti.
- 2 Non eadem est in omnibus Religionibus obedientiae perfectio, quare nec eadem praecipienda potestas, & obediendi necessitas.
- NB. Monachus praecipienti Praelato V. C. Episcopatum, aut austeriora, quam regula requirit, non tenetur obedire, cum praecipienda limites excedat, nihil enim praelatus praecipere potest, nisi quod directe vel indirecte pertinet ad regulam ordinis. Quare obedientia alia est indiscreta, videlicet si quis obediat contra legem Dei vel regulam ordinis: Imperfecta nempe si quis tantum obediat secundum Regulam Perfecta si quis obediat in omnibus, quae non sunt contra legem Dei aut regulam.

Rarò superiores ordinum sub culpæ obligatione 3
 præcipere aliquid censendi sunt, nisi utantur his ver-
 bis in virtute S. obedientiæ.

NB. Religiosi non exempti in Ecclesiasticis dis-
 ciplinis obedire tenentur etiam Episcopo, sed non
 vi voti, sed vi huius magis Abbati.

Probabile est, quod Prælatus ordinis propter vo- 4
 tum obediendi in omnibus, quæ iusta sunt; etiam
 actus internos præcipere possit, licet consuetum
 non sit nec consultum, ut talia sub peccato præcipi-
 antur, quia Prælati possunt irritare vota interna pio-
 rum; Ergo & habent gubernatiuam potestatem in
 actus internos; deinde Religiosi possunt vouere in-
 ternos actus.

Quæ ex genere suo indifferentia sunt à Prælato 5
 bona fide V.C. ad mortificandam propriam volun-
 tatem præcipi possunt.

Si Ordinis regula obliget sub generali, eius trans- 6
 gressio videtur esse contra votum ideoque sacrilega.
 Ratio: Cum enim Religiosus in professione pro-
 mittit seruare regulam secundum eum modum cen-
 setur se obligare, quo regula exigit. Quare si regula
 (V.C.S. Francisci) imponat silentium sub peccato,
 tunc non minus peccant transgressores contra vo-
 tum, quam si superioris actuale præceptum violant,
 quandoquidem lex siue regula ipsorum non minus
 præceptiua est, quàm vox superioris.

NB. Si Carthusius comedat carnes dupliciter
 peccat contra votum & contra temperantiam cuius
 intuitu regulare statutum editum fuit.

Si Ordinis regula sub culpa non obligat eius trans- 7
 gressor non peccat contra votum obedientiæ, quia
 votum obedientiæ intelligitur de iis tantum, quæ

Fff. 5 conti-

continent propriè præceptum. Nihilominus potest superior propter transgressionem pœnam imperare cum obligatione eam suscipiendi ex obedientiæ voto, quamuis non semper ita obligare soleat.

8 Religiosus in ordine Prædicatorum aut Societ. Iesu transgrediens regulam bono aliquo fine non peccat V.C. extra tempus si loquatur eum socio, licet, pœnam regularem suscipere paratus esse debeat, si inferatur, quia regula non obligat sub peccato.

9 Sin verò regulam violet, ob torporem aut libidinem, peccat saltem venialiter, imò si quis frequenter transgrediatur & hoc modo religiosam disciplinam grauitur perturbat, mortaliter peccat.

10 Regulares Professi non tenentur acceptare no- uam regulam, seu arctiorem viuendi modum, quam nec explicitè, nec implicitè professi fuerint: Ratio, quia religiosi per votum obedientiæ non transulerunt omnem voluntatem in superiorem, ut quilibet ipsis imperare possit, sed ea solum, quæ ad obseruationem regulæ, quam profitentur, directè vel indirectè spectant. Nec Summus Pontifex potest cogere religiosum ad arctiorem viuendi rationem, quam prima instituti forma postulat, quia speciale obedientiæ debitum quo Religiosi erga summum Pontificem adstringuntur, ex voto eorum pro- uenit, quod erat secundum proprium regulæ in- stitutum. Sed ut Episcopatum accipiant possunt cogi, cum ut alii Clerici summo Ecclesiæ patori subiecti sint.

11 Si strictior obseruatio necessarium medium vi- deatur ad substantialium votorum in tali ordine ob- seruationem, regularibus auctoritate Prælatorum imponi potest, licet eam expressè non uouerint: quia

alis observatio indirectè pertinet ad regulam, quãdo sine ea regula in suo vigore conseruari non potest, consequenter si Religiosus obligat implicite ad ea omnia, sine quibus religio conseruari nequit.

Prælati ordinum exemptorum quasi Episcopa-^{1 2} lem in suos regulares iurisdictionem obtinent: Quare sicut Episcopus regularibus sibi subditis leges ferre potest, quod Ecclesiasticam disciplinam spectant; Ita etiam Abbas exemptus non quidem strictiorem ordinem reddendo sed vtilia & necessaria solum: Imò Prælati non exempti per consuetudinem id possunt.

Si appareat regulæ ac disciplinæ temporis diuturnitate collapsæ reformationem necessarium medium fore ad ordinis conseruationem Prælatus cum Capitulo & S. Papa ad acceptandam reformationem omnes professos compellere potest.

NB. Prælati sicut Episcopus possunt ex potestate gubernatiua. V. C. præcipere ieiunium pridie festi Patroni.

C A P. X.

De Prærogatiuis Religiosi status.

PER vota religiosa (in gratiam constituti) omnium peccatorum remissionem consequimur: Ratio, quia qui partem bonorum propter Deum in elemosynam pauperum dat, vt Zachæus Luc. 17. pro peccatis satisfacit, iuxta Dan. 4. Peccata tua Elemosynis redime, ergo qui omnia sua & seipsum diuinis obsequiis tradit, is plenè satisfacit. siquidè religionis assumptio oë genus satisfactionis superat. Cõsequimur autè plenius & perfectius remissionē, quam per plenariam indulgentiam; quia indulgentia cum sit condo-

condonatio quædam ex auctoritate Summi Pontificis causam concedendi iustam requirit. At verò ad remissionem peccatorum, iunctum cum professione religiosa aliud insuper non requiritur, quandoquidem ea remissio ex natura & præstantia ipsius operis per modum cuiusdam iustæ exsolutionis ex Christi meritis promanat.

- 2 Probabile est, etiam per reuocationem votorum hoc beneficium obtineri posse: Nam vota religionum ideo afferunt plenam remissionem peccatorum, quia continent perfectam hominis traditionem erga Deum, sed hæc traditio reiterari potest. Ergo etiam remissio peccatorum iteratò acquiri potest.
- 3 Per Religionis professionem omnia alia iuramenta & vota pia ipso iure expirant: Ratio, quia per obligationem professionis religiosæ omnes hominis facultates ac vires in perpetuum & irrevocabiliter Deo offeruntur: ideo eminenter in se continent omnes alias particulares obligationes ad eum modum sicuti si quispiam erga hominem adstrictus debitis, omnia bona sua illi offerat, se ipsum in perpetuum servum addicat.
- 4 Illegitimi etiam spurii si Religionem professi sunt, absque alia dispensatione Ordines suscipere possunt, sed ad Prælaturam & dignitates promoveri non debent.
- 5 Susceptio status religiosi maculas legales furti auferit, quo ad actus temporales, ita ut damnatus de crimine V. C. furti postea ad testimonium in iudicium & similes actus legitimos admitti possit. Soluitur etiam per professionem patria potestas, dimissus

his tamen è Societate redit ad patriam potestatem
nisi sit in sacris ordinibus.

Professio Religionis tollit ingratitude no- 6
tam, ob quam hæres necessarius alioquin exhæredi-
cari possit. Equum enim est, vt per conuersionem
ad religiosum institutum prioris delicti macula sal-
tem in ordine ad temporales actus & iura expur-
getur.

NB. Professio solemnè dirimit matrimonium
contractum, sed non consummatum: Professio ve-
rò simplicium solùm dirimit contrahendum.

C A P. XI.

Utrum Religiosus in iudicio stare possit.

Religiosus in iudicio nec vt actor, nec vt reus sta- 1
re potest, quia religiosus cum omne ius in mo-
nasterium transfulerit, ac veluti mortuus sit compa-
ratur seruo: seruus autem in iudicio nec agere, nec
conueniri possit. Excipe 1. Religiosum beneficia-
tum cum libera administratiõne V. C. parochum.
2. Si religiosus absens sit à Prælato V. C. in studiis vt
facile licentiam petere non possit, & de ea conce-
denda rationabilem præsumptionem habeat. 3. Si
religiosus obligationem contraxit ante ordinis in-
gressum: Sententiæ tamen executio fieri debet in
bonis monasterii quatenus ex monachi patrimonio
consecutum fuerat. 4. Si religiosus Abbatem ex
rationabili causa accusare velit. 5. Monachus ob
delictum conueniendus est, non monasterium, sicut
nec dominus ob Serui delictum.

Religiosus non potest esse procurator nec aduo- 2
catus in iudicio, nisi cum licentia Prælati, & utilita-
te Monasterii, Consilium, quid in quacunque cau-
sa se-

sa secundum iura agendum sit, possunt dare, quia non est prohibitum illis.

- 3 Si religiosus absque licentia Prælati in testamento ad causas profanas atque in iudicio testimoniū interponat, malè agit, sed interpositio testimoniū valet.
- 4 Munus tabellionis Religiosus non amplius potest exercere, valent tamen illius acta.
- 5 Religiosus nec iudex esse potest, nec assessor, nisi cum consensu Prælati, & in causa spectante ad monasterii vtilitatem.
- 6 Licet Religiosus ordinariè non possit esse arbiter (à partibus constitutus vt secundum iuris terminos sententiam ferat) potest tamen esse arbitrator (nempe amicus compositor à partibus electus, vt pro bono pacis seruandæ vnius iuri demere & alteri tribuere possit vitatâ tamen læsione magna.
- 7 Prælati Ordinum constitui possunt iudices conseruatores (dicti sic, qui in Ecclesiasticis ex Papæ voluntate miserabilium personarum pupillorum & causam contra iniusto vexantes suscipiant ac defendant.

C A P. XII.

De Clausura monialium.

- 1 **C**lausura Monialibus, professis, conuersis omnibus seuerissimè præcipitur nisi ob necessitatem causam licentiâ ab ordinario Prælato, Episcopo obtentâ fuerit; Causa legitima est pestis, lepræ periculum, item incendii, hæreticorum incurfus; Sed ad aerem mutandum ob morbum periculosum non potest permitti egressus, quia S. Canones significant, causam, ob quam egressus permitti possit, de-
bere

bere esse publicam, aliter egredientes ex communi-
cationem referuatam Papæ incurrunt.

Ingressus intra claustra Monialium sub excom-
municatione prohibitus est, præterquam si ob cau-
sam necessitatis licentia ab Ordinario in scriptis ob-
tenta sit; Excipe pueros ante rationis usum: Episco-
pus ob iustam causam cum sociis ingredi potest, sa-
cerdos ad communicandum, Medicus, Chirurgus,
fabri ferrarei ob necessaria.

Consuetudines de Clausura Monialium & pro-
hibito ingressu intra septa Monasterii Monialium,
non ubiq; quo ad omnem modum receptæ sunt.

De ingressu mulierum intra claustra virorum Re-
gularium non ita constat sub mortali & excommu-
nicatione prohibitum esse. Nam in pœnalibus no-
mine masculino non comprehenditur fœmininum
constitutio Pii V. quoad prohibitionem istam in
Germania recepta non est.

Certi casus sunt, quibus seculares ad Regulari-
um vicorum habitationes siue scandalo & peccato
admittuntur. V. C. Primò Regina cum comitatu.
Secundò Fundatrices monasterii. Tertiò, Aliæ fœ-
minæ illustres cum Comitatu. Quartò, in sepul-
tura Ecclesiastica simul admittuntur mulieres comi-
tantes. Quintò, si Religiosi in residentia viuunt
monasterio nondum constituto. Honestæ etiam
mulieres seposito scandalo possunt admitti ad au-
lam Abbatis secundum à claustro.

CAP. XIII.

De Religiosis eiectis & fugitiuis.

Religiosi ob iustas causas à Religione per sententi-
am eiici possunt. I. In crimine notorio incorri-
gibiles

gibiles existentes. Secundo, si ob criminis infamiam sine graui ordinis detrimento tolerari non possunt. Nam vt S. Hieronym. *Rei ecanda sunt carnes patrida.* Tertio, si quis reticuit morbum epilepticum per fraudem: Monialis incorrigibilis debet includi in perpetuum carcerem.

- 2 Religiosus eiectus astrictus manet votis substantialibus & rerum dominium non acquirit, sed solum vsu & administrationem habet.
- 3 Si Religiosus eiectus alicui Ecclesiae inferniat, bona ab ipso acquisita ad eandem Ecclesiam spectare debent; Fugitiui autem & apostatae bona, pertinent ad monasterium, ex quo fugit, modo monasterium sit capax, quia eiusmodi nebulones non sunt liberati à iure ac potestate monasterii.
- 4 Eiectus per sententiam non est omnino liberatus à voto obedientiae licet magna ex parte eius executio cesset, donec in ordinem recipiatur. Vnde voto obligati manent virtualiter, vt proinde parati esse debeant obedire, si in ordine denuo recipiendi sint ad eum modum, quo Episcopi Religiosi, virtualiter adhuc obligantur, ita scilicet, quod si eis legitime aliquis praeficiatur, obedire teneantur.
- 5 Probabile est, quod eiectus per sententiam, interim monasticis observantibus liber sit, quia non comitantur professionem trium substantialium votorum absolute sed quatenus seruari debent sub regula seu statu vitae regularis, à qua tamen ille expulsus est.
- 6 Eiectus ob crimen debet se corrigere ac redire praesertim si ab ordine reuocatur: Ratio, Cum enim talis religiosus substantialibus votis ac religiosa professione absolutus non sit; tenetur se idoneum reddere.

reddere quatenus potest, vt sua vota exequi possit, nec sententia contra reum lata eidem prodesse debet, ne ex iniquitate commodum ferat, prodesset autem & commodum ferret ex iniquitate si redire non cogereur maximè reuocatus.

Prælati ordinum Apostatas & eiectos suos non 7 semper reducere aut redeuntos recipere tenentur, præsertim si incorrigibiles videantur, aut sine scandalo, vel ordinis detrimento recipi nequeant, si enim ob talem causam interdum eiici possunt Regulares, mulò magis etiam postquam malitiosè exierint, non recipi.

Si eiecti in suo ordine non recipiantur, tutò in seculo manere possunt, quia alium non vouerunt, & per ipsos non stat, quin in eum, quem vouerunt, retineantur.

Interdum Prælati Ordinum ob iustam causam 9 eiecti in Professum tali pacto, vt aliam profiteatur Religionem, quam conditionem si professus accepit, implere tenetur, vel regressum ad suam Religionem impetrare, idque ob periculum male viuendi in seculo maneat, & ob scandalum.

Religiosus professus in vno monasterio ob causam iustam cogi potest, vt eat ad aliud monasterium eiusdem Ordinis, modo monasteria sint sub eodem generali: Quod si monasteria non sint sub eodem generali iure communi non tenetur:

Ratio, quia non nouit regulam & obedientiam nisi in hoc conuentu.



TRA-

Ggg

TRACTATUS VI.

De Decimis.

CAP. I.

De Natione, Definitione ac Divisione Decimarum.

- 1 **S**pectato iure communi Canonico ex omnibus licitè acquisitis decima pars Ecclesiae ministranda debetur; Decima autem dicitur, quia pars decima est fructuum & bonorum, ex quibus penditur iuxta Leuit. vlti. cap. *Omnes decimae terrae suae de fructibus, siue de pomis arborum domini sunt.* Sumitur ex C. peruenit de decimis & S. Augustinus. Decimae debito requiruntur, & qui eas dare noluerit, res alienas inuasit.
- 2 Absque temeritate negari non potest decimarum praestatio Ecclesiae ministris fieri solita. à prima Ecclesia huiusq; inter Christianos usitaram fuisse, tanquam Apostolicam traditionem certum est.
- 3 Decimae aliae sunt praediales (quae è fundis, agris, vineis, syluis, hordis, ædium locatione penduntur) aliae personales (quae ex lucro personalis industriae, puta negotiatione, militia, veneratione &c. penduntur) aliae mixtae, (quae ex fructibus pecorum concurrente industria personali, lacte, caseo, ouispenduntur.
- 4 Decimae Praediales & mixtae integrè solui debent non deductis impendiis culturae, neque deducta pensione census aut tributi. Quia Decimae ante has exactiones solui debent, vel si aliter factum fuerit, ii ad quos census vel tributa indecimantur perueniunt.

peruenerunt Ecclesiis decimare coguntur: quia res transit cum onere. Decimæ autem personales non nisi deductis expensis debentur, solvuntur enim ratione lucri. Lucrum autem non intelligitur, nisi deductis impendiis l. Mutius ff. pro socio.

NB. Decimas prædiales ac mixtas in Veteri Testamento Deus præcepit integras solui, non autem oportebat Ministros Euangelicos deterioris esse conditionis, quam Sacerdotes veteres: sed personales decimæ ab Ecclesia primum imperari ceperunt: quia non omnes Christiani possessiones immobilium habebant, quos tamen etiam administratum sustentationem aliquid contribuere oportebat iuxta Sanctum Augustinum, sed tales iam abolitæ sunt.

Decimæ aliæ Miores vini, frumenti; Aliæ Miores pomorum gallinarum, &c. Item aliæ Ecclesiasticæ (quæ primæuam institutionem suam retinentes Ecclesiæ ministris ob spirituales eorum functiones stipendii loco à fidelibus præstantur: Aliæ uero, quæ ex concessione Ecclesiæ ob iustam causam laicis obuenerunt, Laicales decimæ appellari solent, item profanæ impositæ loco tributorum à dominis temporalibus.

In dubio Decimæ censeri debent non Laicales sed Ecclesiasticæ quippe quod Christianis communis lex & consuetudo semper fuerit, & ex prædiis ipsius Ecclesiæ decimas penderent.

*Quo iure Decimæ Ministris Ecclesiæ pen-
dantur.*

1 **D**ecimæ materialiter & secundum substantiam suam spectata de iure naturali ac diuino sunt (siquidem lex naturalis iustitiæ dicat, & Deus iubet, vt laborantibus & Spiritualia Ecclesiæ ministrantibus necessaria vitæ sustentatio considerari personarum qualitate præbeatur. *Dignus est enim operarius mercede sua*, ait Christus Matth. 10. Idque locum etiam habet tametsi Ministri Ecclesiæ aliunde se alere possint, quia non datur illis stipendium ex mera misericordia, tanquam pauperibus, sed ex iustitia tanquam merentibus. Decimæ verò formaliter & secundum determinationem de iure accepto Ecclesiastico sunt.

2 Præceptum de Decimis in veteri lege. Exod. 22. *Decimas tuas & primitias tuas non tardabis reddere.* Iudiciale potius, quam cæremoniale fuit. Iudiciale autem præceptum erat, quod ad debitum ordinem, atque æquitatem in populo iudaico seruandam pertinebat. Cæremoniale quod ad Dei cultum & Religionis virtutem referebatur: Taliter etiam Decimæ indirectè & remotè propter sacram significationem ad Dei cultum pertinebant: Directè verò (scilicet iudicialia) ex iustitia Clericis tanquam Ecclesiæ utilitatis officii offerrebantur.

Confirmatur assertio, quia præcepta Cæremonialia veteris legis abolita sunt, & Christianis illicita. Iudicialia autem licet vi sua non obligent tempore gratiæ, possunt tamen obseruari & noua lege introduci, propter moralem æquitatem & honestatem

tem. Cum igitur Decimarum præstatio lege Ecclesiastica ad imitationem veteris instituta sit, consequens non fuisse illud præceptum magis Iudiciale, quam cæremonialia. Quod verò Decimarum præstatio non sit iuris naturalis (quippe lege naturali non exigente plus, quam ut ministris spiritualibus sufficiens sustentatio detur, vnde ante legem Mosi non erat lex decimarum, & credibile est Abraham ex sola deuotione erga Deam decimas obtulisse Melchisedech) nec diuini (vtpote aboliti) sed solum Ecclesiastici in nova lege antiquissimi & Apostolici ad hæc vsque tempora cum Christiani populi approbatione deriuati. Quod si decimæ dicantur diuini iuris, intelligitur id ad imitationem veteris legis.

Decimæ ex lege iustitiæ parochis præstandæ sunt 3
fidei populo iuxta Trid. Ratio, quia decimæ tanquam iustum stipendium Ecclesiastico Præcepto Clericis deputatæ sunt ratione spiritualium officiorum, quæ pro salute fidelium Deo exhibentur.

Parochus actione ex Canone decimas perere potest 4
quous earum professoire (etiam absumpas) *fructus alterari non possunt, nisi cum onere decimarum* haud dubiè reali, siue ipsis fructibus inhærente. Ecclesia siue Parochus aduersus fructuum non decimatorum destructorem actionem instituere potest.

NB. Parochus non ante comparet dominium 5
decimarum, quam illæ à reliquis separatæ, & aliquo modo traditæ sint saltem per designationem Antedecisionem seu decimationem verò fructuum omnino separati ad fundi dominium directè pertinent cum annexo onere soluendi decimas.

Ggg 3 NB.

NB. Emptor fundi non tenetur ad soluendas decimas, quas venditor prioribus annis neglexit soluere. Et conductor fundi de decimis conueniendus est, non dominus.

- 6 Colonus partarius decimas dare debet pro portione fructuum, qui ipsi manent ratione culturae.

C A P. III.

Quæ personæ ad decimas obligentur.

- 1 **O**Mnes & solæ personæ, quæ in spiritualibus subditæ, à manu Sacerdotis sacramentum suscipere debent ad præstandas decimas personali debito obligantur: Ratio, quia decimæ dantur tanquam stipendium pro spirituali cura ac ministerio, quod fidelibus adhibebatur. Iudæi non ratione personæ, sed ratione prædiorum soluere debent decimas, quia Ecclesiasticis legibus non constinguntur. Nec Papa obligatur ad decimas, quia Papa nulli superiori est subiectus. Episcopi & Pastores per se non solent obligari ad decimas, quia nulla consuetudine ostenditur, possunt tamen cogi à Papa.
- 2 Clerici seculares non curati ex propriis noualibus, non ratione terræ, sed ratione petitionis parochis suis decimas soluere debent.
- 3 Clerici in Ecclesiasticis redditibus nullas decimas soluunt; voluit enim Ecclesia eiusmodi redditus absque diminutione beneficalis provenire. Etque ratione intelligitur illud: *Novum genus excubitis esse, ut Clerici à Clericis decimas exigant*, intelligitur Ecclesiasticis redditibus.
- 4 Religiosi spectato iure communi ad præstatio-

nem decimarum per se & personaliter obligantur (quia huiusmodi personæ etiam Parochis subiectæ sunt) sed per priuilegia exempti sunt, quare hodie ex noualibus suis decimas nullas dare debent, sicuti ne leprosi in communi viuentes.

NB. Mutatio qualitatæ non tollit obligationem soluendarum decimarum Abb. n. i. v. c. Si ex agro pratum fiat; Non subrogatum imitatur naturam eius, cui subrogatur.

NB. Coloni agrorum religiosorum tenentur ad decimas, quia priuilegium concessum quibusdam personis non extenditur ad alias.

Ad Decimas præstandas ex debito reali, id est or-
to ex re antè decimis obligatâ omnes homines etiam Papa & Episcopi obligantur; Ratio, quia postquam dioceses in parochias diuisæ fuerunt, prædia parochianorum intra quamlibet parochiam sita, obligationem acquisierant decimæ partis fructuum ex his Ecclesiæ parochiali inferendæ eamque obligationem secum ad quemlibet possessorem deferant, quia res transit cum onere suo. Exemplum habes in parochia Verihacensi dante decimas Carthusianis.

NB. Nouale dicitur prædium de nouo cultum, cum ante non coleretur, ideoque nullum aut modicum fructum ferret.

Qui graui inopia premuntur, ita vt solutis decimis necessaria non haheant ad se suosque alendos, interim à decimis immunes esse debent: quia credibile non est, Ecclesiam velle, vt decimæ in tanto rigore exigantur & vniuersim etiam solutio, debiti ex titulo iusto contracti differri potest ob grauem necessitatem & inopiam debitoris.

Quibus Decima pendenda sint.

1 **D**ecimæ personales, ubi in usu sunt, præstari debent Ecclesiæ parochiali, ad quam quisque fidelium spectat.

2 Decimæ prædiales soluendæ sunt Ecclesiæ parochiali, intra cuius terminos prædia sita sunt. Quia cum crescente multitudine fidelium ad confusionem vitandam necesse esset parochiam diuidere; Oportet etiam singulis fines & terminos suarum terrarum designare, ex quibus pro parochi & cognatorum eius sustentatione certi decimarum redditus prouentirent.

3 In casu tamen, quo fideles in vna parochia sacramenta perceperunt, in alia autem eiusdem diocesis prædia sita habent, non esse iure communi decimas, viri parochianorum decimæ prædiales debeantur, ac proinde consuetudinem cuiusque loci esse sequendam.

4 Parochus communi iure aduersus quemlibet possessorem iuris decimandi intentionem fundatam habet, vt aliter probare non teneatur ad se pertinere.

NE. Decimæ prædiales debentur Ecclesiæ (non baptismali, si ea proprios & à matrice Ecclesiæ distinctos limites habet Episcopi auctoritate constitutos; Nec obstat, quod decimæ Ecclesiæ baptismali soluendæ legantur in sacris canonibus, cum enim fideles plerunque in eadem Ecclesia & baptismum, & reliqua sacramenta accipiant, ideo Ecclesiæ, quibus decimæ debentur modo baptismales, modo parochiales appellantur.

5 Decimæ debentur Ecclesiæ matri non filiali.

Decima

Decimæ nuptæ ex fructibus seu foetu pecorum ; debentur prochiæ intra enim terminos pecora pascuntur, nisi aliud consuetudo obrineat.

Quarta pars Decimarum spectato iure communi Episcopo debetur sumpta ratione ex imitatione veteris legis in qua decimæ Leuitarum à sacerdotibus iterum decimabantur Num. 18. sed id multis locis non servatur, eò quod Episcopi aliis titulis sufficientem sustentationem habeant.

Certi ceteri sunt, in quibus adhuc hodie integræ decimæ Episcopis debentur, V. C. si ipsi met sint curati Ecclesiæ suæ vel Cathedrali vel Parochiali, quam saltem per Vicarium administrant; Item si Decimæ in tra suam diæcesin nulli parochiæ assignatæ sint, eorum decimæ ad mensam Episcopalem spectant.

C A P. V.

Quando & ubi Decimæ pendende sint.

Decimæ Prædiales debentur, cum primum fructus solii separati & collecti sunt. Quod si rusticus in mora sit, periculum decimarum ad ipsum spectant. Neque opus est, ut decimæ à Parocho petantur, sicuti exigantur, quia dies ipse suum tempus solutionis pro creditore interpellat. Ratio, quia postulat determinatione legis positivæ; Ex iustitia debentur ministris Ecclesiæ.

Ipsemet Parochus decimas prædialatas ad horreum suum deferre debet, habet enim Ecclesiæ se cõpartitione decimarum tanquam usufructuaria, vel pensionaria, cui satisfit, si pensio fructuum solvuntur in loco, vbi res frugifera sita est, nisi aliter conventum aut consuetudo aliud obrineat.

NB. Non debent Villici, vel domini prædiorum

Ggg 5 fructus

fructus ante in horrea sua vehere, quam decimatores monuerint, vt ipsi vel procuratores eorum fructuum collectioni & decimationi astant, ne vlla fraus committi possit. Quod enim omnes tangit ab omnibus approbati debet, Reg. 29. in 6.

- 3 Parochus recusantem decimas solueres non potest Ecclesiã prohibere, sed debet causam ad ordinarium loci deferre, cum non habet iurisdictionem forensẽ, quæ post monitionem trinam excommunicare debet, iuxta c. omnes 16. quest 1.
- 4 Prælati subditos compellere debent ad solgionem decimarum, quia negligere non debent, quæ Ecclesiis debita sunt, nisi propter scandalum ad tempus dissimulandum esse videatur. Quod si in aliquo casu crimen decimas iniuste detinentis notorium sit, & inexcusabile, haud dubio potest, imò debet parochus tali notorio peccatori sacramentum Eucharistiæ negare.

C A P. VI.

De varijs modis acquirendi ius decimarum.

- 1 **I**us decimarum ab Ecclesiasticis personis per transactionem auctoritate Episcopi acquiri potest perpetuò, puta si plura prædia sint, de quorum iure decimandi litigatur componi seu transigi potest, vt vni parti hæc, actori alia prædia assignentur, seculari tamen precio externo pro iure decimarum vpo te spirituali, ne committatur simonia. Quod si sine auctoritate Episcopi, sed solum inter paciscentes priuatim transactio fiat, rata tamen erit inter paciscentes, sed successores non obligabit.
- 2 Præterea super iure decimarum compromitti potest

potest in arbitrium verum, vel plures; quorum sententia à paribus standum sed arbitri debent esse Clerici, qui sicut *Laicus de spiritualibus iudicare non debet, ita nec arbitrari cap:* Contingit de arbitris. Ex commissione tamen Episcopi potest adiungi Laicus cum Clerico. Item ius decimarum vnus Ecclesie cum iure aliarum Ecclesiarum permutari potest, sed cum autoritate Episcopi, cum sit species alienationis.

Ius decimarum quatenus in spirituali titulo fundatum est, vendi aut permutari cum re temporali non potest sine vitio simoniae, specialiter autem ne quidem ex privilegio Laicis ius decimandi concedi potest: quia laici spiritualia fidelibus ministrare non possunt consequenter incapaces sunt iuris decimarum.

Vtilitas decimarum, quæ est ad fructus percipiendos, spectata rei natura vendi Laicis comedi, aut locari potest. Ratio, quia ius percipiendi redditus decimarum hac præcisa consideratione temporale est. Ergo, in Laicos quoque cadit. Quapropter Summus Pontifex tanquam supremus bonorum Ecclesiasticorum administrator ex iusta causa ad bonum Ecclesie pertir ente redditus decimarum Laicis V. C. Principibus in perpetuum concedere potest seu in remunerationem beneficiorum, seu cum annexo onere dotandi Ecclesiam: Ita acceperunt decimas Regni Granatensis Ferdinandus Rex Hispaniæ & Elisabetha.

Episcopi post Concili. Later. Decimas personis laicis in perpetuum feudum dare non potuerunt, quod si laicus eiusmodi possideat concessio firmandæ est, & Ecclesie, ad quam Decimæ spectant resti-

rest-

restituendæ sunt, quando quidem tales concessiones in futurum ipso iure irritæ decernuntur.

- 5 Si laicus decimas tanquam in feudum concessas à tempore immemorabili possideat, in dubio præsumitur ante Concil. Later. acquisivisse: Ratio, quia possessio temporis immemorialis facit, præsumptionem iuris ac tituli, si capacitas sit in possidente. Atqui Laicus capax est possessionis decimarum, non tanquam iure proprietatis spiritualis, sed utilitatis concessæ à summo Pontifice vel Episcopo ante Concil. Later. Ergo, si Laicus decimas possidet, tanquam in feudum antecessoribus suis ab Ecclesia concessas, ob temporis longinquitatem præsumi debet, concessionem iustam fuisse: tamen modo ius siue titulus exhiberi non possit: Excipitur, nisi fama siue publica persuasio sit, decimarum tanto temporæ à Laico cum contradictione Clericorum aut iniuste possessum fuisse.

Præterea nihil obstat quo minus prælatus laicus decimas ad tempus comedat cum debita solemnitate, & ob iustam causam, quia iure antiquo id erat licitum, quod postea ab Urbano reuocatum, sed solum ne decimæ in feudum perpetuum concederentur laicis.

- 6 Decimæ in feudum legitimo iure concessæ possunt iterum concedi: Nam in Concil. Later. solum prohibetur, ne decimæ laicis in feudum perpetuum concedantur adeoque alienentur. Hæc autem non est noua concessio siue alienatio, sed alienationis antea legitimè factæ continuatio. Ergo; imò etiam mortuo feudatorio siue successore modò nec dum Ecclesiæ incorporatæ sint decimæ, possunt iterum concedi, quia non censetur noua alienatio.

Contra

Contra proprium parochum ius decimarum ab 7
Ecclesiasticis personis cum titulo præscribitur annis
quadraginta, sine titulo autem tempore immemo-
riali: Prius patet ex c. ad aures de præscript. Poste-
rius patet quod cessante titulo adorato professio
temporis immemorialis requiratur ad ius decima-
rum præscribendum aduersus propriam parochiam:
probatur eo, quod in hoc casu ius commune posses-
sori resistat, parochiæ autem assistat.

NB. Parochus si legitimo tempore præscripsit
ius percipiendi decimas ex aliena parochia (putabi-
liet cum titulo spacio decem vel viginti annorum)
non ideo censendus est, comparasse ius perficiendi
decimas ex noualibus, quia *non plus præscribitur quam
possidetur, & præscriptio non tendit à casu ad casum.*

Laici possunt per præscriptionem acquirere de- 8
cimas, nisi ea fundata sit in opinione aut præsump-
tione alicuius legitimæ concessionis factæ ab Epis-
copo aut Prælate. Ratio, quia perceptio decimarum
ex primæua institutione annexa est titulo spirituali,
ita ut ab eo separari non possit sine legitima autho-
ritate & concessionem Ecclesiasticam Prælati, conse-
quenter si laicus, qui spiritualis tituli incapax est de-
cimas possidere velit, necessario suam intentionem
fundare debet in titulo alicuius legitimæ concessio-
nis, & non in sola nuda detentione decimarum.

Non quidquid Principis Privilegio acquiri po-
test, id etiam præscriptione temporis immemoria-
lis (quippe obstante incapacitate possidendi, & iure
resistente) sed vice versa. Quidquid consuetudine
aut præscriptione acquisitum est, idem quoque per
principis privilegium siue concessionem.

Immunitas à soluendis decimis cum titulo &
bona

bona fide quadraginta annis praescribi potest, sine titulo autem requiritur tempus immemoriale, variè à Laicis. quam Clericis, modò in: eim Ecclesiis ac ministris aliunde sufficientis sustentatio sufficiat.

- 10 Consuetudo populi aduersus legem decimarum sine titulo & poena consensu praualere non potest, nisi tempore immemoriali.

NB. Summus Pontifex decimas abolitas de nouo imperare potest ex plenitudine potestatis, si id necessarium sit ad sustentationem ministrorum Ecclesiae, vel ideo, vt vniformis lex decimarum in tota Ecclesia obseruetur.

C A P. VII.

De Primitiis & Obligationibus.

- 1 **P**rimitiarum ex terrae frugibus sacerdotibus offerendarum antiquissimus in Ecclesia usus ad modum & institutionem veteris Ecclesiae vt Num. 18. Exod. 23. sed plerisque in locis hodie in desuetudinem venit.
- 2 Oblationum varia genera sunt, olim fideles diebus dominicis panem & vinum offerre solebant tanquam materiam sacrificii & sacrae communionis.
- 3 Eulogiæ dicebantur olim panes benedicti, publicæ aliæ, aliæ priuatæ inter fideles distribui solita.
- 4 Consuetudo offerendi ad altare sub sacrificio missæ antiquissima est.
- 5 Nullum extat præceptum de oblationibus, sed per consuetudinem introduci possunt. V. C. si populus ad decem annos certis solemnitatibus frequenter oblationes, tanquam ex obligatione.
- 6 Offerentes debent esse Christiani ab Ecclesia non præci-

præcisè; Ratio, quia offerre munera ad altare est
quas Ecclesiastica communicatio.

Fœminæ ad altare sub Missæ sacrificio admittuntur
sed non intra cancellos ubi Clerici stant.

Oblationes non faciendæ, nec accipiendæ sunt
ex illis, quæ iniuste acquisita & restitutioni obnoxia
sunt iuxta D. Thom. allegatis illud Eccle. 34. *Immo-*
latus ex iniquo oblatio & maculata.

Quorundam criminolorum V. C. raptorum, v- 9
forariorum, meretricum oblationes recipere sacris
Canonibus prohibitum est.

TRACTATUS VII.

De Festerum obseruatione,

CAP. I.

De diei Dominica & aliorum festerum institutione.

Tertium Decalogi præceptum partim Morale
est atque ex lege naturali descendens, qua-
tenus absolute præcipitur, vt post habitis aliis
negotiis temporalibus Dei cultui arque adorationi
tempus aliquod tribuamus: Partim Cæremoniale,
quatenus certum tempus, videlicet integra dies
Sabbathi designatur, in quo ab aliis operibus absti-
nendum, tum in memoriam beneficii creationis,
tum in figura Christi toto Sabbatho in sepulchro
quiescitur: Ecclesia tamen sublato Sabbatho pertinē-
re ad Iudaicam legem & umbratiles figuras quib. noua
lex non astringitur, eius loco dominicū diē instituit in
honorē mūdi creati & recreati per Christū in terris
die

die solis quæ est prima hebdomadis natum, & postea ex inferis eodem die resurgente iuxta Act. 10. Vna Sabbathi, id est, prima die hebdomadis.

2 Pascha celebrari non potest ante diem vigesimum secundum Martii, nec post vigesimum quintum Aprilis: Nam alias conveniremus cum paschate ludæorum, & quod annis celebrari debet Pascha in prima die hebdomadis post decimam quartam lunam primi mensis: primus autem mensis non omnis ille censetur, in quo cadit æquinoctium vernum. Si enim æquinoctium sit post quartam decimam lunam mensis, ille lunaris non erit primus, sed vicimus anni: cum credibile non sit, Deum creasse mundum ante æquinoctium, ex quo sequitur Pascha non posse celebrari ante vigesimum secundum Martii, quæ si sit dies dominica, in eandemque incidat quarta decima luna, Ecclesia non instituit Pascha, sed transfertur in dominicam sequentem: Quod si luna decima quarta primi mensis cadat in diem decimum octavum Aprilis, quæ si dominica sit, postea in eo non celebrabitur, sed transferretur in sequentem dominicam cui dies vigesimus quintus Aprilis.

3 Episcopus specialia festa instituturus non tantum Cleri, sed etiam populi consensu, spectato iure communi requirere debet, ne populus grauetur multitudine festorum, & à laboribus necessariis impediat, quod omnes tangit approbari debet omnibus. Huic tamen iuri Laicorum in multis locis derogatum est. Alia festa Christi & Sanctorum per annum instituta sunt pontificia lege, & Episcopatus etiam statutis.

4 Episcopus festa specialia diæcesis iusta de causa abrogare potest.

Feſta diœceſis alia, quæ ex Epifcopi præcepto ſta-
tuuntur etiam iuxta Tridentin. exempti firmare
debent.

C A P. II.

De prohibitione operum ſeruilium de feſto.

Feſti obſeruatio eſt à medio noctis uſque ad alte-
rius noctis medium. | Suppoſito quod opera ſer-
uilia ſunt, quæ corporis commoditatibus in ſeruien-
tia ignobiliora ſunt per ſeruos exerceri ſolita V. C.
arare, fabricare, &c. His appoſita opera liberalia
dicuntur, quæ ad animum excolendum ſpectant,
ideoque libero homine digna cenſentur, vt ſcribe-
re, legere, loqui: Alia quaſi media, omnibus com-
munia, vt iter facere. Dico igitur ſola opera ſerui-
lia diebus feſtis prohibita eſſe, præterquam ſi iure
vel conſuetudine permiſſa ſint, qua ratione conceſ-
ſum eſt diebus feſtis coquere propter neceſſitatem.

Scribere tranſcribere e non ſunt opera ſeruilia, &
quia ſcribere pertinet ad artem liberalem gramma-
ticam; idemque probabiliter dicitur de pictura, ſi
ſine magno apparatu fiat, quia talis pictio perinde
ac ſcriptio conſiſtit in ducendis lineis ac figuris, &
ad animi recreationem etiam inſtituta eſt; Idem di-
cendum de Typographis characteres ordinantibus:
Impreſſio uero librorum eſt opus ſeruile.

Opus quod ſuapte natura liberale eſt non fit ſer-
uile, quia propter lucrum exercetur.: Nam lucrum
& merces non facit opus vt ſeruile, quandoquidem
opera ſeu obſequia quæ libero homine digna ſunt,
tamen mercede æſtimari poſſunt, ſicuti vniuerſa o-
pera ſeruilia non ideo talia eſſe deſinunt, quia ſine
mercede ſunt, quapropter lucrum & merces per acci-
dens

H h h

dens

dens se habet ad opus seruire & non seruire: alioquin cauidicos damnare oporteret, qui diebus festis in scribendis consiliis propter salarium occupantur, cui tamē repugnat communis fidelium persuasio & consuetudo, quicquid dicant Abb. & Aug.

5 Iter facere pedibus, equo, currū, nauī, non numerantur intra opera seruilia: vnde etiam licet necessaria secum vehi, non autem plaustra, equos parare, aut currus aut mulos onustos agere (cum sit seruire) inchoatum tamen licet continuare, si commode abrumpi non possint.

6 Venari, aucupari item bellare, etsi iure communi vt opera seruilia prohibita, tamen per consuetudinem videntur liberalia opera: Effecta hinc, militares exercitationes & lustrationes die festo instituuntur licite.

NB. Mercatus per consuetudinem permittuntur post diuina peracta.

7 Actus forenses iudicii, etiam spirituales beneficiarum & matrimonialium causarum, item Citationes Rei. Processus per causæ cognitionem examinatis & iuratis testibus: Terminus per sententiæ prolationem in diebus festis prohibetur ab Ecclesia, imò ipso iure irritus est exceptis causis necessitatis ac pietatis V. C. miserabilium personarum, pupillorum, carceratorum: Etiam latro de fuga suspectus potest capiri festo; Item in paruis oppidis possunt causæ ciuiles agirari, si aliis diebus rustici homines commodè vocari nequeant. Excommunicatio potest fieri & absolutio à censura propterea quod non necessario requirat processum iudiciale.

8 Extra iudiciales actus etiam arbitratoris, non arbitri, item iuramenti interpositio extra iudicium die

die festo fieri possunt. Contractus V. C. ciuili iuramento confirmatus.

C A P. III.

De præcepto audiendi Missam diebus festis.

Missæ diebus festis audiendæ præcepto fideles obligantur sub mortali postquam ad usum rationis peruenerunt.

Requiritur ad hoc præceptum implendum moralis atque piæ præsentia, nec opus, ut videatur sacrificans modo colligi possit, quid agatur à Sacerdote. Probabilis est sententia quod is satisfaciat, qui secundum externum corporis habitum Missæ decenter interfit, licet interna mente Deo aut rebus diuinis non intendat: Hinc aulici non statim mortalis damnandi si sub sacro nunc fabulentur, nunc rursus attendant. Horæ etiam possunt orari (sub Missa) quia nihil prohibet duobus præceptis vno eodemque actu satisfieri. NB. Etiam accipiens confessiones hominum sub missa satisfacit.

NB. Præceptum Parochi, ut subditi Missam audiant in Parochia non obligat: Ratio, quia Episcopus non potest tollere ius commune & generale totius orbis consuetudinem.

Trident. tamen monendum ait populum, ut frequenter ad suas parochias, saltem diebus dominicis & maioribus festis adeant.

Missæ Græcorum etiam audiri potest, quandoquidem illi vitandi non sunt, & secundum ritus suos recte sacrificant.

Qui notabilem missæ partem de festo negligit, peccat mortaliter. Satisfacit, qui ab Euangelio ad finem

H h h 2 nem

nem manet, vel à principio vsque ad communicacionem sacerdotis audit. Amalarius non damnat mortalis, etiam adhuc ab Offertorio audientem: Duriuscu um tamen est hominem mortalis damnare, si adhuc ad Offertorium veniat.

- 4 Qui à duobus sacerdotibus dimidia missarum successiue audit peccat venialiter, vtpote non satis faciens secundum modum & perfectionem præcepti: Excipe nisi impeditus sit, quominus missam integram ab eodem audiat.

C A P. I V.

De grauitate huius præcepti quoad vtramque sui partem & causis excusantibus ab obligatione illius.

- 1 PRæceptum abstinendi ab operibus seruilibus in die festo obligat sub mortali ex genere suo, sed excusat necessitas & pietas: Ratio, quia ista obligatio est secundum virtutem Religionis ad Deicultum & venerationem instituta, ideoque ex genere suo grauis, ob materiæ leuitatem fit venialis V. C. Laborare per horam, cessante scandalo, eò quod hora vna comparatione viginti quatuor horarum exiguæ partis portionem habeat, idque maxime verum in laboribus non nimis fatigantibus V. C. neve per locum necessitas tollit omnem culpam V. C. in ancillis reficientes vestes suas.
- 2 Obligatio audiendæ missæ diebus festis itidem est sub mortali: non item concio per se loquendo: Qualis autem obligatio ex lege diuina fidelibus incumbat discendi ea, quæ ad salutem ipsis necessaria sunt dixi lib. 2. Tract. 1. c. 9. n. 3.

Quo

Quo ad abstinentiam ab operibus seruilibus cessare solet duplici ex capite videlicet necessitatis & pietatis. Necessitas alia est publica V. C. reficiendi fontes, pontes, piscandi certum genus, quod non nisi diebus oportunis capitur. Item si quæ paranda ad aduentum principis. Necessitas alia est priuata, ita excusantur pauperes, si tot festis abstineant se sustentare non possint; agricolæ tempore messis obpugnam, aurigæ, nautæ, vittrarii, quorum opera semel cepta sine damno interrumpi non possunt; Medici, Chirurgi, Pharmacopolæ cum pro infirmis laborare debent; Sartores coacti perficere vestes surgentes post medium noctis, famuli, vxor si à patre-familiâs coacti sine iactura sua imperium laborandi detrectare non possint, quod si tamen id frequenter fiat, debent famuli dominum suum deserere. Ad pietatem pertinet Religio in Deum, vt si altaria oranda, misericordia in proximum V. C. si vestes conficiendæ pro funere, spiritualis charitas erga se ipsam.

NB. Toleratur consuetudo sartorum post vesteras diei festi præparantium vestes: Debet tamen caueri scandalum, & non licet differre laborem in diem festum sine necessitate. In causa etiam excusante manifesta non est opus petere licentiam à superiore, secus in dubio. Parochus in defectu Episcopi potest dare licentiam.

Plures causæ sunt, quibus à præcepto missæ die festo audiendæ fideles excusantur. Primò, impotentia, spiritualis, excommunicationis interdictum. Secundò, impotentia corporalis, qualis est nauigantium mari, incarcerationum, lecto affixorum, habens priuilegium sacrificandi super portatili: non

Hhh 3 tamen

tamen obligatur, quia nemo priuilegio suo utitur aduersus communem legem. Tertio, impotentia moralis. V. C. si Missam audire non possi nisi cum magna iactura corporis, animi, fortunæ V. C. honesta mulier non bene vestita, mulier ex occulta fornicatione prægnans. Infirmi infirmis seruitutes, qui ob periculum pestis domi manere debent, matres & ancillæ assistentes infantibus, distanti longè à loco Missæ habita ratione personarum, viæ, temporis, loci, consuetudinis, pastores & custodes gregum, qui itineris comitem sibi valde vilem, vel occasionem nauigandi amissurus est, si ad Missam accedat, milites stationarii, vigiles, famuli impediti Dominis nisi cedat in contemptum religionis famulus frequenter impeditus debet relinquere dominum, si sine causa necessitatis frequenter ad laborandum adigatur. Quarto, Excusandi causa est rationalis consuetudo scientibus prælati introducta V. C. in vidua maritum lugente, in puella nobili, in puerpera, etiam postquam ex parte conuuluit.

4 Missæ parochi notorie excommunicati aut notorii concubinarij fideles interesse non tenentur in detestationem sceleris etsi licite possint iure nouo, post extrauagant. ad euitanda Concilij Constantiensis.

5 Qui Missæ die festo non interfunt ad alias precepti domi fundendas Ecclesiastico præcepto non obligantur: Nam finis præcepti non cadit sub præceptum nisi quatenus intrinsece continetur in obiecto, quod præcipitur. At vero cultus Dei est quidem finis Ecclesiastici huius præcepti, sed non præcipitur in alia materia, seu obiecto, nisi in hoc determinato, vt missa audiatur.

C A P. V.

De Sanctorum Canonizatione imaginum & reliquiarum sacrarum veneratione.

Canonizatio Sanctorum ad summum Pontificem proprie spectat. Post factam Inquisitionem in vita innocentia, miraculis communi fama & persuasione sanctitatis. Ratio, quia Canonizatio Sanctorum est una ex causis maioribus, quæ à sede apostolica sperare debent. Effet enim valde indecens & Religioni contrarium si pro sancto publicè coleatur, qui sanctus non est.

Est autem canonizare, alioquin piè defunctum in Canonem seu cathalogum Beatorum referre, auctoritate declarare enim in Cœlis cum Christo regnantem publico cœtu venerandum & invocandum esse. Olim sancti quidam post felicem eorum exitum communi Episcoporum & populorum cōsensu celebrabantur (sine solenni canonizatione populari) approbante tamen Ecclesia Romana, quæ proinde fuit tacita quædam Canonizatio totius Ecclesiæ, quæ errare non potest.

In noua lege Deum siue sanctam Trinitatem atque Angelos forma corporea depingere licitum est (nec sine temeritate negare id potest propter universalem Ecclesiæ consuetudinem, licet non sit de fide) adeum modum, quo se Deus representavit & angeli nec non Cherubini ignei ad piam recordationem & cultum. Olim tamen Iudæis ad idololatram poni id fuit prohibitum.

Catholicâ fide certum est Christi Domini, B Virgini & aliorum sanctorum imagines rectè depingi,

H h h 4 tum

tum memoriae, tum venerationis causa, definitum in Concil. Nicaeae III. Oecumenico.

- 4 In Concil. Elibertino ideo prohibitum et as imagines depingere in parietibus templorum ne ingruente persecutione, & bellis in deuastatione templorum irreuerenter tractarentur, & ne dum Christiani imagines in tabulis pictas secum auferre non possent, Iudaeis & paganis ludibrio fiant.
- 5 In Concil. Francofordiensi tempore Caroli M. habito, nihil omnino contra VII. synodum de imaginibus adorandis decretum fuit, nam historici testantes de hoc suppositiui sunt, & erronei.
- 6 Eliphili vnus ex haereticis Calvinistis praefatione sua in libros Carolinos multos imposuit.
- 7 Libri, qui vulgo Canonici dicuntur, non Caroli M. sunt, sed ab Iconomachis haereticis & a Carolo ad Adrianum Pontificem missi per Engelbertum Abbatem Capellanum suum, illius censurae, vt alia omnia ad fidem pertinentia, committens, quos postea Adrianus damnauit, tanquam ab haereticis conscriptas.
- 8 Quamuis probabile sit, tamen non est certum in Concilio Francofordiensi aliquid pro imaginum cultu contra Iconomachorum errorem statutum fuisse, quia nulla fit mentio actus Conc. l. Francoford. de imaginum adoratione, neque vllus historicorum eo tempore viuens quicquam meminit de hac re Francofurti actum fuisse. Sequentes autem historici contraria scribunt, vt fieri potuerit primum errasse, aliis autem vnus verbis male intellectis adhaeruisse.
- 9 Christi ac Sanctorum imagines ac reliquiae coluntur tantum respectiue eum ordine ad prototy-

pon seu ipsum exemplar, ita & totius affectus interne submissionis ad prototypon referatur. Ratio: quia nulli creaturæ irrationali secundum se cultus aliquis exhiberi debet; Nam cultus est signum subiectionis, creatura autem irrationalis est homini naturaliter subiecta, & incapax hominis.

Imagines Christi ac Sanctorum, concomitanter ¹⁰ tantum & per accidens quasi vestimentum personæ, cum prototypon colimus, ita, vt imagines ipsæ secundum se adorationem, & cultum non terminent. V. C. si Regem in speculo effulgentem videas & adores, vno motu & Regem adoras, & speciem ipsam quidem principaliter, imaginem per accidens, ita S. Crucem cultu respectiuo, quo simul exemplar & imaginem colimus, fateri debemus latriæ coli, quamuis per accidens & concomitanter: Imagines Sanctorum cultum dulciæ spectans.

Sacram Eucharistiam propriè ac per se latriâ ¹¹ colimus, cum Eucharistia præter species, quæ inanimata accidentia sunt, Christum ipsum verum Deum & hominem in se continent.

Sacræ reliquiæ tanto præstantiores censendæ ¹² sunt, quanto propinquius ad sanctum spectabant. V. C. caro, ossa præferuntur pulveri, vermes tamen e sanctorum corporibus enati non sunt adorabiles, propter mutatum factum.

Sanguis Christi si in aliqua ecclesia asseruatur, vel è ¹³ sacra hostia fluens apparet, non est adorandus cultu latriæ absolute: quia si est vera sanguis Christi fuit è corpore ipsius, non est hypostaticè vnitus, ideo respectiuè tantum, sicut aliæ reliquiæ Christi adorari debet propter vnionem aut contractum carnis hypostaticè vnitæ verbo. Sanguis ex hostia non est

Hhh 5 sanguis

sanguis Christi, sed censeretur factus per miraculo-
sam accidentium immutationem, & cum magna
hæc sit accidentium sacramentalium immutatio,
ita ut sub ea panis vel vini substantia naturaliter co-
sistere non possit, desint ibi esse corporis & langui-
nis Christi, totumque quod apparet non est ado-
randum cultu patriæ absoluto, sed solum respectivo,
sicut crux & imagines Christi.

- 14 Homines piè defuncti si canonizati non sint, coli
possunt cultu priuato non publico V.C. erigendo
altaria, festa faciendo in missa, litanis inuocando.
Ne clampades incensas habere in domo coram reli-
quiis sanctorum non canonizatorum.
- 15 Ad publicum reliquiarum sanctorum cultum o-
pus est, ut antecedit eorum publica approbatio E-
piscopi, aut publicæ persuasione conuincata ve-
tustas.
- 16 Ad priuatum cultum reliquiarum sufficit vnus
hominis fide digni testimonium: Ratio, quia in
cultu priuato minus periculum subest, etsi interdum
error materialis contingat, dummodo fide bona a-
gatur, in dubio tamen abstinendum est, à cultu re-
liquiarum, si tamen moraliter certum sit, esse reli-
quias, licet schedula amissa, coli possunt publicè &
priuatim,
- 17 Sanctorum corpora perpetuæ sepulturæ tradita
sine licentia Prælatorum erui & transferri non pos-
sunt: Esset enim furtum sacrilegum, cum sit abla-
tum rei sacræ. Vtrum verò paruitas materiæ excu-
sat à mortali, spectanda est non sola rei ablatæ quan-
titas, sed potius earum dignitas & æstimatio moralis.
- 18 Tum Laici, tum Clerici sacras reliquias decenter
inclusas deuotionis causa secum habere, ea circum-
ferre non prohibentur. Sacrae

Sacræ reliquiæ ad turpem quæstum exponi non debent, esse enim Simonia præterquam si apud infideles, aut hæreticos sint, tunc licet eos non vt rem sacræ emere, sed earum quasi vexationem seu indignam tractationem redimere. Prohibetur etiam est, vt reliquiæ sanctorum in Ecclesiis populo extracapsam non ostendantur ad seruandam earum maiorem reuerentiam.

TRACTATUS VIII.

De obseruatione ieiunii.

CAP. I.

Quid sit Ecclesiasticum ieiunium.

Ieiunium aliud est naturæ (abstinentia ab omni cibo & potu) quale requiritur ad S. Eucharistiam: Aliud est ieiunium virtutis seu morale (parsimonia cibi & potus secundum regulam prudentiæ in illis mediocritatem sectantibus.) Aliud ieiunium liberum, aliud Ecclesiasticum, quod secundum formam ab Ecclesia præscriptam instituitur & definitur: *Abstinentia à carnibus, & prandii, ac post cœnam cuiuslibet cibi subtractio vsq; in diem sequentem.*

Ad Ecclesiasticum ieiunium tria requiruntur: 2. Ciborum delectus, id est, abstinentia à carnibus: Abstinentia ab altera refectione: Certum refectionis tempus.

Comestio ouorum, & lacticiniorum in sola Quadragesima, non item aliis ieiuniorum diebus prohibetur, spectato iure communi, sed per consuetudinem in quibusdam Germaniæ prouinciis introducta est comestio ouorum & lacticiniorum etiam in Quadragesima. Olim

- 4 Olim in Quadragesima etiam à vino abstinentum, praesertim à sancta hebdomada strictior abstinentia seruabatur, quam nunc. Olim in hebdomada sancta cibis tantum acidis, pane solo, aqua & oleribus victitabant homines.
- 5 Pinguedo lardi in locis, quibus ouis & butyro vesci licet, non tam seuerè diebus ieiuniorum prohibetur sicut caro: Quia pinguedo talis non est reuera caro, licet ex carne originem trahat sicut oua butyrum. sed consuetudo lardo vtendi in ieiunii diebus resistit. Accedit periculum etiam comedendi farcimina, si lardum comedatur non sine graui scandalo & detrimento Ecclesiastici ieiunii: Nihilominus tamen ex hac sententia Confessarii pauperibus facilius possunt concedere lardum, etiam diuites propter vsum pinguedinis non facile mortalis damnare, ne si nihilominus postea vescantur, grauius peccent propter conscientiam. Ideo etiam, quia est persuasio, minorem esse prohibitionem pinguedinis, quàm carnis ac proinde propter aequiparationem & similitudinem saginæ cum ouis & butyro non sufficiens materia ad mortale.
- NB. Confessarii etiam ancillis iussu herorum lardum adhibentibus cum butyro mixtum ad pinguefacienda olera, si imperium detrectare nequeant facile permittere possunt, vt coquant & comedant.
- 6 Refectio vnica in die moraliter continuata esse debet, etiamsi propter negotia discedendum, modò cum intentione reuertendi, quod si sine intentione reuertendi discedatur, non potest deinde reuerti post interpositum temporis interuallum, quia fierent plures comestiones, etiamsi conuiuium adhuc

adhuc duraret. Ministri mensa & lectores in monasteriis excusantur, si aliquid sumant ut viribus non debilitatis officium suum præstare possint.

Vini potio cum pauxillo panis per modum medicamenti (ne solus potus noceat etsi per accidens mutuetur) item confecta, si per modum medicinae sumantur, ieiunium non violant.

Tempus cœnandi diebus ieiuniorum olim erat 8 vespera vel hora nona, sed posterioribus seculis propter infirmitatem animi & corporis, Anticipatum est tum canonici officii vesperarum, tum cœnandi, iam prandendi circa meridiem vel hora aut seculi ante meridiem institutum.

Collatiuncula nocturna (pro remedio somni) 9 per consuetudinem introducta est modica ciborum leniorum sumptio V. C. fructuum herbarum & iuncto pane, etiam pisciculo paruo fumo sicato.

NB. iusculum, aut placentas in nocturna ieiunii cœnula non videtur licitum, eò, quod coctus cibus magis nutritioni seruiat, modicè tamen sumpti non sunt mortale; lactucas comedere cum oleo nullum est peccatum. Etiam in his septentrionalibus partibus pane & caseo modico licet vesci propter consuetudinem.

NB. Quantitas cœnulae secundum personarum & Regionum constitutionem metienda est, nam alie regiones aliis sunt frigidiore, Reginaldus talem regulam tradit. Excessum tunc cœnulae fieri quando id quod sumitur notabiliter maius est quarta parte quantitatis eius, quæ ad integram sufficeret cœnam, nisi causa excuset. V. C. corporis teneritudo, occupatio vel assuesfactio, qua ratione nobilioribus

bus

- bus interdum plus permittitur & studiosis literarū,
- 10 Non licet collatiunculam circa meridiem accipere, cœna in noctem translata est veniale, quia consuetudo collatiunculæ cum sit contra ius commune introducta, extendi non debet & valde etiam refert in his vniformem Ecclesiæ morem tenere.
- 11 Qui refectiōem siue cœnam multum sine causa anticipat, venialiter peccat tantum, quia hodierna consuetudine introductum tempus refectiōis non videtur requisitum ad substantiam ieiunii, sed accidentarium solum est; Olim tamen anticipatio grauius prohibita erat.
- 12 Quoties aliquis in die ieiunii comedit carnes toties mortaliter peccat: nam mens Ecclesiæ est, sic interdiceret carnes absolute, vt nunquam in die prohibito comedantur cuiusmodi negatio distributionem tribuit prædicati, more aliarum negatiuarum propositionum seu præceptorum.
- 13 Qui ieiunium altera plena refectiōe violare eo die solutus est, eo quod forma ieiunii destructa est, manet tamen obligatio à carnibus abstinendi quippe à priore obligatione diuidua.

C A P. II.

Quibus temporibus ieiunium ab Ecclesia præceptum sit.

- 1 Quadragesimæ ieiunium ab Apostolis institutum semper in Ecclesiis quamuis variè obfirmatum fuit.
- 2 Sabbatho ieiunare occidentalibus plerisque Ecclesiis vsitatum erat, sed orientales in festis canebant, ideo non ieiunabant.

Credi-

Credibile est, olim in omnibus Ecclesiis bis in 3 hebdomada ieiunatum fuisse; in oriente Feria quarta & sexta: Occidente Feria sexta & Sabbatho.

NB. In aliquibus Galliae partibus, per consuetudinem licite comeduntur carnes die Sabbathi, & in Hispania die Sabbathi intestina. *Et illud ieiunium carnes die Sabbathi* NB *layman hoc non habet nec verum est de loco isto*

Ieiunia quatuor temporum antiquissimam institutionem habent secundum quatuor anni tempora, quae olim praemittebantur ante ordinationem sacram.

A Paschate vsque ad Pentecosten ieiunia secundum antiquissimam traditionem cessant.

Quaedam Vigiliae festiuitatum cum ieiunio celebrantur, partim ex mandato Ecclesiae, partim consuetudine introducta vt vigilia Pentecostes S. Ioannis Baptistae, S. Laurentii & omnium sanctorum.

Statio, ieiunium, vigiliae interdum promiscue a scriptoribus vsurpantur, licet re ipsa differant. Statio dicta quia stabant Christiani sub oratione in Ecclesia diebus ieiuniorum ante accessum ad mensam. Vigiliae sic dictae, quia post cibum sumptum populus Christianus ad Ecclesiam reuertebatur vt ibi in orationibus vigilaret. Olim etiam in Aduentu ieiunatum est, vnde preces dicuntur ad horas.

Abstinentia a carnibus in diebus Rogationum de consilio est, non de praeepto.

Dominico die ieiunare hodie prohibitum non est per se loquendo, sed non ieiunatur ob laetitiam resurrectionis.

De causis liberantibus à ieiunio.

- 1 **P**Veri & puellæ ante completum annum XXI. ieiunii lege non obligantur, Nam eo tempore sunt in statu augmenti, ideoque frequentiore & abundantiore alimento indigent: Eadem ratione etiam senes excusantur propter defectum caloris & virium.
- 2 Probabilius est, senectutis certum tempus constitutum non esse, sed prudentis arbitrio definiendum, quando corporis vires ob ætatem deficiant, ut ieiunii lege homo liberari censeatur, quia homines non eodem tempore simul incipiunt deficere, unde nec vniuersali consuetudine talis ætas definita est sicuti adolescentibus XXI. annus. Sexagenarius tamen in dubio potest præsumere, se liberum esse, Sanchez assignat sexagesimum annum.
- NB. Votum ieiunii obligat instar præcepti Ecclesiastici, quo ad modum, & non quo ad personam.
- 3 Ægroti conualescentes, mendici, pauperes, laborantes, &c. ieiunii lege excusantur, prægnantes & qui ob ieiunium non possunt dormire, Catholici famuli possunt comedere carnes ministrantes apud hæreticos, dummodo scandalum tolli possit, si nimirum dicant, se in tali casu necessitati Ecclesiæ præcepto non obligari. Toleratur etiam consuetudo, reliquias carnum bacchanaliorum dari pauperibus, laborantes fabri, sutores etiam, non item factores, & pictores, tonsores. Concionatores & Professores excusantur, itinerantes, etiam equitantes, propter concussionem corporis enim fatigantur.

cur. Verum in hac re certa regula dari non potest, nisi quam sapius dedi, Ecclesiasticam legem non obligare cum magna difficultate.

Lex ieiunii cessat, si non possit consistere cum opere præstantiore aut maioris momenti, ut sunt opera misericordiae, Infirmarii, Concionatoris, Præceptoris, opus iustitiæ, defectus reddendi debiti, opus charitatis, si vxor mariti iram effugere non possit, nisi comedendo modo ieiunium non prohibeat in contemptum religionis. Ratio horum est, quia non oportet ieiunium ab Ecclesia indictum maioris alicuius boni esse impediens.

Opus ieiunii præsertim præcepti plerunque melius est, quam peregrinatio. Vnde voluntaria peregrinatio non semper est sufficiens causa ieiunii violandi, nisi pro pœnitentia imposita non possit alium in diem differri, Pilæ lusu fatigatus per accidens modo absque proposito violandi ieiunium luserit, circulat à ieiunio.

Ieiunii præceptum sicuti & alia Ecclesiastica moraliter intelligenda sunt, ut iis non nimis homines grauentur, vnde confessarii non nimis vrgeri debent confitentes, si rationem probabilem, quæ illis iusta videatur, afferant, cur in Quadragesimæ tantum bis vel ter in hebdomada ieiuent, ne forte si ipsi contradicant vel nunquam omnino ieiuent, vel ob conscientiam grauius peccent.

Lex ieiunii Quadragesimalis ita omnibus seculis 6 apud Christianos frequentata est, ut irrationabilis censeri possit, consuetudo eius abrogatoria. In frigidioribus tamen his regionibus causam aliquomodo probabilem afferentes, cur non omnibus diebus ieiuent, at tamē à carnibus abstinentes absolui possunt à confessariis.

Iii Facilis

8 Facilis accidit excusatio ab ea præcepti parte, quæ alteram refectioem in die ieiunii prohibet, quam ea, quæ esum carniū prohibet: tamen propter infirmitates certam stomachi, opus non est dispensatione, in dubio autē licentia petenda est in Episcopo vel eo absente à Parocho pro consuetudine diœcesis.

NB. Repetitio refectioem in die ieiunii non conceditur si solum concedatur esus carniū, quia alii cibi non possunt haberi.

9 Episcopi ob publicam causam ieiunium in alium diem transferre non prohibentur V. C. si ieiunium incidat in festū solemne peculiariter in aliqua ciuitate celebrari solitū. Item, si vigilia S. Martini incidat in bachanalia potest anticipari auctoritate Episcopi.

TRACTATUS IX.

De Ecclesiastica immunitate.

C A P. I.

Quid sit Ecclesiastica immunitas.

Immunitas (quasi muneris id est oneris vacans) Ecclesiastica est ius, quo loca, res vel personæ Ecclesiasticæ à communibus oneribus liberæ sunt. Dixi in plurali, loca, res, personæ, quia particularis Ecclesiæ exemptiones nomine Ecclesiasticæ immunitatis comprehendere non solent, sed solum exemptiones illæ, quæ tali statui Clericorum communes sunt. Quæ ipsa causa est, cur Clerici ne iuramento quidē Ecclesiasticæ immunitati renunciare possint, quia non ob particularem aliquorum sed communē Ecclesiasticæ hierarchiæ fauorem constituta est.

Triplex

Triples est Ecclesiastica immunitas, Localis, quæ 2
Ecclesiis, Realis, quæ bonis Ecclesiasticis: Perso-
nalis, quæ personis Ecclesiasticis debetur.

C A P. II.

*De causis Ecclesiasticis à civili potestate om-
nino exemptis.*

Causæ omnes spirituales secundum propriam 1
institutionem à secularium iudicum potestate
liberæ sunt, quia potestas Ecclesiastica penitus di-
uerfa & discreta est à civili, quia illa supernaturalis
est rûm ratione originis, hæc verò temporalem
pacem, tanquam finem spectat, sicut dixi lib. 1.
Tract. 4. c. 5.

Causæ spirituales censentur, quæ ad Dei cultum 2
vel spirituales animæ salutem directe spectant, v. c.
quæ sunt de fide, doctrina, sacrificio Missæ & sacra-
mentis, ordinatione, officio ministroium, benefici-
is, Ecclesiarum, vasorum, virginum conseruatione,
alijsq; sacramentalibus, &c. Ratio, quia omnis pote-
stas iurisdictionis versatur circa propriam materiam
quæ veluti limite suo continetur. Materia autè pote-
statis desumitur ex proprio fine, ad quem ordinatur
cum igitur omnes hæ causæ enumeratæ tendât ad fi-
nem spirituales ac supernaturalia, sequitur quod
proprie sint potestatis spiritualis, & quod secularis
potestas sua autoritate, & sine commissione ad eas
se extendere nullo modo se possit cû tales causæ ex-
tra limites sint, & veluti extra spheram materiæ eius.

In causis merè civilibus V. C. de laicorû dominio, 3
conuictis, contractibus, testamentis ac similibus, quæ for-
mam suam atq; obligationem à civili iure acceperûnt

Iudex Ecclesiasticus ordinariè se non immiscet, quia vtriusque tum ciuilis, tum Ecclesiastici Magistratus officia discreta esse debent. Extraordinariè tamen potest se immiscere iudex Ecclesiasticæ potestatis in defectum iustitiæ in fore seculari: Item in causis personarum miserabilium; item per modum denunciationis Euangelicæ ad Prælatos Ecclesiæ, pertinet de quauis peccato mortali cognoscere. At si Reus se corrigi non patiatur, ad centuram illi infligendam procedere. Aliæ sunt causæ mixti fori, id est vtriusq; ideo datus locus præuentioni: quod potissimum accidit in criminibus, quæ dicuntur mixti fori.

4 Crimina alia sunt merè Ecclesiastica, alia merè Ciuilia, alia mixta. Ecclesiastica dicuntur, quæ solum Canonico aut diuino positiuo iuri aduersantur, vt violatio ieiunii & aliorum præceptorum Ecclesiæ Christi, item circa sacrificium & sacramenta: Item quæ solo iure naturali prohibita sunt, sed à Magistratu seculari non cognoscuntur, nec puniuntur, vel quia in eo cognosci propter suam spiritualitatem, vt hæresis simonia vel quia non solet cognosci, cum nec sit prohibitum iure ciuili, vt violatio pacti simplicis; deceptio intra dimidium precii iusti in emptionibus.

5 Crimen merè ciuile tantum fori dicitur, transgressio legis merè temporalis & politicæ V. C. de non portando armorum genere, non euehendo frumento, soluendis tributis: Item violatio contractuum testamentorum, & similium, quæ secundum formam iuris ciuilis regulari debent, eiusmodi enim causis se iudex Ecclesiasticus non immiscet, nisi propter necessitatem & per accidens.

Crimina

Crimina mixta seu vtriusque fori censentur, quæ utroque iure prohibita sunt V.C. nocturna gestatio armorum, vel quæ iure naturali vetita, atque ita comparata sunt, vt licet propriam spiritualitatem non habeant, tamen non solum statui Reipub. Politico, sed etiam supernaturali fini Reipub. Ecclesiasticæ spiritualiter repugnent. Talia crimina sunt. I. Spontaliorum violatio. II. Adulterium, quia peccatur contra matrimonium, quod est Sacramentum, & licet crimen adulterii fori secularis sit iuxta Molinam; tamen causam diuortii, eiusque accessoriam quæstionem alimentorum ac dolis amittendæ ad solum iudicem Ecclesiasticum spectat. Quamobrem si lite coram seculari iudice mora de alimentis vxoris separatæ præstandis à marito, is opponat adulterii crimen, ob quod mulier iure alimentorum priuata sit. Iudex secularis lite supersedere debet, donec quæstio incidens ab Ecclesiastico terminetur. III. Vsuræ crimen (quod alioquin si eius naturam secundum se spectemus fori secularis est, tamen ideo mixti est fori, quia olim Cæsareo iure multæ usuræ impunitæ imò licitæ censebantur. IV. Blasphemia. V. Periurium tendens contra Deum supernaturaliter nobis reuelatum, ideo, quoque ad iudicium Ecclesiasticum pertinet. VI. Sortilegium seu Magia illicita, vtpote perniciosum crimen cum periculo fidei & irreuentia Dei, ac sæpererum sacrarum indiga tractatione.

In criminibus mixti fori vnus Iudex non iudicat 6
 dicitur, quominus & ipse in suo foro cognoscere &
 iudicare possit: Ratio, quia iurisdictio Ecclesiasti-
 ca & secularis sunt loco distinctæ; Ergo absolutio
 in iudicio vno non parit exceptionem rei iudicatæ

in altero iudicio, si tamen Reus in vno foro totaliter iudicatus & punitus fuit, in altero foro deinde non potest puniri & iudicari, quia æquitas nõ patitur, vt idem de eodem crimine bis iudicetur & puniatur. Et quamuis Ecclesiastica ac ciuilis potestas diuersa sit, tamen vna alteram iuuare, & vna alteri, quatenus æquitatis ratio postulat consentire debet.

- 6 Crimina mixti fori intelligi debent solum in ordine ad laicos non clericos & Christianos, non Iudæos, vtpote extra Ecclesiam nisi sint sub protectione Ecclesiastici magistratus.

Crimen interdum mixti fori censetur secundum ordinem ad diuersos effectus V. C. se ipsius si quis interficiat, causa ista ad ciuile tribunal spectat, quoad confiscationem bonorum, quo ad sepulturam vero ad Ecclesiasticum.

- 8 Si circa crimen mixti fori quæstio iuris incidat, solius Ecclesiastici iudicis est definire V. C. vtrum tale iuramentum sit: vtrum sit magia naturalis an supernaturalis; vtrum sponsalia vel matrimonium valeant, rescindi possunt; idque propter annexam spiritualitatem: Etiam vsuræ V. C. Vtrum contractus sit vsurarius: nam ex iure ciuili non satis cognosci potest, quinam contractus vsurarii damnari debeant, sed secundum ius Canonicum id potius examinandum est.

- 9 Si quæstio spiritualis incidat coram iudice seculari, superlede re is debet causa principali, donec incidens coram Ecclesiastico terminetur V. C. si petenti hæreditatem obiciatur, ex illegitimo thoro natum ipsum esse; quæstio hæc ad Ecclesiasticum iudicium transmittenda est; Item sentiendum de periurii & vsuræ delicto. Nam Ecclesiastico pro-

prium

primum est cognoscere inter lepram & non lepram,
peccatum & non peccatum.

Si facti quæstio incidat super usura, periurio, &c. 10
V.C. utrum re ipsa usura commissa, iudex secularis
in foro suo inter laicos cognoscere potest, & usura-
rium ad usuræ restitutionem compellere potest &
punire, uti & periurum: Causæ sponsaliorum re-
gulariter ad iudicem Ecclesiasticum spectant, si ta-
men non opponatur, sponsalia valida non fuisse,
vel legitimam causam rescindendi adesse, tunc et-
iam compotens erit iudex laicus, ut ad sponsaliorum
fidem compellatur, violatorem puniat, de matri-
monio si dubi-erit, an irritum sit ad iudicem Eccle-
siasticum pertinet; si verò constet, irritum esse,
aut clandestinè contractum, tunc etiam Iudex secu-
laris punire potest.

De iuramenti autem valore interdum secularis
Iudex definire potest, propterea quod vires iura-
menti interdum saltem indirectè ex iuris civilis dis-
positione pendeant. Siquidem civilis lex inter-
dum ob bonum publicum impedire potest, quo-
minus contractus Reipub. perniciosus, quamvis
interposito iuramento impleri debeat. An verò
legislator id intenderit, ad civilem iudicem pertinet
examinare.

NB. Sicut de rebus aliis ita etiam de Ecclesiasti-
cis puta Ecclesiastico beneficio iure decimarum,
iure patronatus duplex iudicium institui potest.
Unum de possessione, quod dici solet iudicium
possessorium; Et alterum de proprietate, quod
dici solet petitorium. Quo ad causam pro-
prietatis siue petitorium iudicis attinet, ut cum
quæritur: Utrum Titius canonicè institutus

fit in beneficio; vtrum ius decimarum, ius eligendi, ius patronatus, ius sepulturae ipsi competat: Vtrum Caia sit legitima vxor Semoronii, de huiusmodi nemo Catholicorum negat, solius iudicis Ecclesiastici esse cognoscere & iudicare. De possessorio autem iudicio est controuersia inter Iuristas: Nam aliqui existimant, laicum iudicem in causa possessionis V. C. benefici, obtinendae & recuperandae competentem esse. Probant ex Doctrina Gloss. in c. Possessionem rei spiritualis non spiritualem, sed temporalem esse: quia non in iure, sed in mero facto consistit, vnde illud. *Proprietas nihil commune habet cum possessione.*

1 1 Sed contraria sententia est vera: Nam licet mera occupatio siue detentio rei in facto consistat, tamen possessio iusta non est sine iure, cum sit ius inuestendi, seu detinendi rem aliquam, consequenter possessio rei spiritualis, itidem spiritualis est, sequitur enim naturam proprietatis. Quare sicut laicus proprietatis incapax est, ita vt possessionis iuris spiritualis, & sicut causa proprietatis, ita & causa possessionis circa spiritualia ad solum Ecclesiasticum iudicem pertinet.

1 2 Axioma illud, Proprietatem nihil commune habere cum possessione, intelligendum quoad acquisitionem, quia separari possunt, vt penes alium sit rei dominium, & penes alium rei possessio. At vero causa proprietatis, & causa possessionis, quoad spiritualem cognitionem connexa sunt & diuidi non debent: Ratio, quia causa possessionis saepe obtineri non potest, nisi exhibito iure sine titulo aliquo proprietatis: partim quia iudicium possessorium multum praediudicat petitorio propter subleuationem

rem probationis & iuris prærogatiuam: quando-
quidem in dubio seu pari causa possessori, res adiu-
dicari debet, eademque ratio est de decimis Cle-
ricalibus.

Si quæstio non sit de possessione iuridica sed solo 13
facto & iniuria laici turbantis vn̄pellentis Cleri-
cum e possessione beneficii aut iuris decimarum, fi-
cut in *Metnaschuff*. Secularis iudex cognoscere
non prohibetur contra laicum; Est enim mixti fori,
sicut si Laicus Ecclesiam violauit calicem furando:
Crimen sacrilegii, est enim mixti fori. Quod si lai-
cus prætendat priuilegium exemptionis à decimis,
tunc ad solum iudicem Ecclesiasticum spectat causa.
Conductor vero decimarum coram laico conueni-
endus est, si negligens sit, quia non agitur de iure
aut possessione decimarum, sed de pœna condu-
ctionis, quæ est contractus publicus. Decimarum
merè laicarum aut fundatarum est in concessione
summi pontificis ante Concil. Later. Cum à titulo
& iure spirituali separatae sint, causas passim seculares
iudices cognoscant.

Si Laico ab Ecclesia decimæ in feudum concessæ 14
sunt, non ideo consequens est, concessum etiam ef-
fectus iudicandi de talibus decimis, quia tales deci-
mæ non omnino alienatae sunt ab Ecclesia, sed tan-
tum quoad dominium vtile: Est enim recept. Reg.
DD. Controuersia de feudo coram Domino feudi
decidi oportere, cum sæpe eius etiam interfit, tum
quia eiusmodi concessiones & priuilegia quæ Eccle-
siae & iuri communi derogant extendi non debent.

Orta controuersia inter Clericum & Laicum de 15
decimis sint ne Clericales & laicales ad Ecclesiasti-
cum Iudicem pertinet cognoscere ac iudicare. Cum

enim in hoc casu quæstio principalis omni iure ad Ecclesiasticum iudicem spectans proprietatis sit, sequitur etiam accessoriam, quæ est de possessione at eodem iudice cognosci oportere. Accedit quod laici non possunt possidere decimas, consequenter neque præscribere, nisi titulum vel concessionem exhibeant, vel saltem ostendant constantem famam esse de concessionem ipsis facta. Cognitio autem tituli siue examinatio tituli & iustitiæ eius ad Ecclesiasticum iudicem spectat.

NB. Possessionem immemoriam inducere præsumptionem tituli ac privilegii verum est, modo aliquis præscriptionis capax sit, secus non.

C A P. III.

*De asylo seu iure immunitatis constituto
Ecclesiis.*

1 Legibus tam civilibus, tum Canonicis asyllum seu ius immunitatis Reis ad Ecclesiam confugientibus, constitutum est. Can. c. eos, qui 87. ex Concil. Arausicano 1, can. 5. *Vos, qui ad Ecclesiam confugiant, tradi non oportere, sed loci sancti reuerentia & intercessionem defendi*, idque secundum iuris naturalis congruam æquitatem. Nam lex naturalis absolute id non præcepit etiam supposita sanctitate loci: quippe cui extractio malefactorum, quæ per se iusta est, repugnare non videtur; Lex Mosaica post Christi mortem expirauit.

2 Non solum templa etiam interdita & sacella, sed etiam alia loca religiosa, vt Hospitale, Episcopi authoritate fundatum, monasterium, quin & Episcopi pallatium, Ecclesiastica immunitate gaudent; Non sacella priuata, in quibus sacerdotes priuilegiati

super portatili missam celebrant: Ecclesia etiam immunitate gaudet. Etiam domus religiosum, canonicorum, licet interdicta sunt, quia hae iuris censurae cum penales sint & odiosae extendi non debent ultra casus iure expressos.

NB. Etiam Ecclesia, licet nec dum diuina in ea celebrari ceperint, quin & caemiteria.

Immunitas Ecclesiae Reus concessa amplius se extendit, quam violatio, adeo, ut licet Reus fugiat ad turrim, nec obstat, quod in talibus locis Ecclesia non polluat, nam Ecclesiae violatio odiosa est; immunitas autem fauorabilis.

Probabile est ac decens, ut Reus confugiens ad sacerdotem sacram Eucharistiam manibus ferentem ab Ecclesia defendatur, quia corpus Christi multo dignius est, imò ratio & quasi fundamentum concessum locis sacris.

Alius est reus debiti, alius criminis, Reus debiti etiam tutus est, si fugiat ad Ecclesiam.

Nemo criminis ad Ecclesiam confugiens extrahi inde debet, nisi in casibus iure expressis v. c. si crimen in Ecclesia committatur, quia reus infert iniuriam loco sacro, ideo indignus est, ut inde defendatur.

Qui prope Ecclesiam fiducia immunitatis delinquit, non ideo hoc privilegio priuandus est, quia non delinquit contra reuerentiam Ecclesiae, cum in ea peccatum non perpetret.

Publicus latro, Landtrâuber vel agrorum depopulator, hereticus, & qui per insidias hominem occidit immunitate sacri loci gaudere non debet, secus dicendum de iis, qui sine insidiis, tamen ex proposito hominem occidunt, quia lex (odiosa) non facit mentionem nisi insidiatorum, ideo strictè interpretari debet.

Assanini

- 9 Assasini (constituti ab aliis vt alios occidant, non gaudent immunitate Ecclesiae, fures in gallia gaudent immunitate Ecclesiae fugitiuus ex arresto gaudet; Hæretici, vt dixi non gaudent.
- 10 Omnes fideles etiam excommunicati, non item infideles hac immunitate gaudent. Excommunicatio enim non priuat delinquentem immunitate.
- 11 Clerici qui exemptionis priuilegio gaudent, con fugientes ad Ecclesiam propter delictum ab Ecclesiastico iudice suo extrahi possunt: tamen quia Ecclesiasticus iudex maiorem potestatem habet in Ecclesia quam secularis, tamen quia in iudicio Ecclesiastico non ita seuerè agitur, ad corporis poenam & publicam vindictam. Vnde Ecclesiasticum iudicium in Ecclesia etiam exerceri potest, non autem seculare.
- 12 Si infidelis Reus ad Ecclesiam confugiens sacrum baptismum non simulatò petere videatur, defendendus est.
- 13 Immunitatis Reorum ad Ecclesiam confugiendum effectus sunt; quod non possint capi; quod interim, dum in Ecclesia morantur, non possit sententia mortis ferri; vestes ipsi adferri possunt, nec spoliari rebus suis, quæ penes se nisi sit res aliena arma prohibita.
- 14 Iudex secularis Reum extra casus iure vel legitima consuetudine exceptos e loco sacro extrahens sacrilegium committit ipsique iudex Ecclesiasticus claudendo fores resistere potest, præsertim centuri.
- 15 Processus iudicii contra Reum illegitime extractum ipso iure irriti sunt, si enim fundamentum iudicii iure non consistit, necesse est omnia, quæ in eo fundantur irrita esse, sed omnis ulterior iudicii processus

Processus fundatur in captura, per quam veluti processus in Reum acquiritur. Ergo si captura per iniuriam violentiam attentata fuerit reliquus etiam processus ipso iure irritus censei debet.

CAP. IV.

De exemptione Clericorum in causis criminalibus.

Clerici in omnibus causis criminalibus plenissimum privilegium exemptionis à foro secularium obtinent. Constat ex multis Concil. & Pontificum decretis. Eandemque exemptionem Christiani Imperatores Constantinus, &c. & agnouerunt & decreuerunt.

Quæ Iustinianus Imperator de Ecclesiasticis causis ac personis decreuit nullam vim obtinent V. C. Vbi constituit, Clericos fures & homicidas coram seculari iudice conueniri posse: Constitutiones enim illæ à Friderico II. correctæ sunt: Ratio & æquitas huius exemptionis est, quia valde indignum & indecens est, ut status inferior iudicet superiorem: sed Clerici & sacerdotes indigniori & altiori statum sunt. Ergo indecens & in contumeliam status Clericalis cedit, si à laicis iudicentur.

Necessitas publici aut priuati incommodi anteterrendi non tribuit seculari magistratui iurisdictionem in Clericos, sed ius duntaxat defensionis naturalis. Si violentia vrantur Clerici possunt abigi cum moderamine inculpatæ tutelæ.

Ob defectum iustitiæ seu negligentiam ordinariorum Clerici ad singulare tribunal trahi non possunt, quia seculares non sunt capaces iurisdictionis exercendæ in Clericos, nisi ex commissione Prælatorum

CORUM

torum, quâ seclusâ, non possunt vlla consuetudinè defendi, quia incapax possidendi, incapax est etiam præscribendi, & maior minoris, non minor maioris negligentiam ac defectum supplere debet.

- 5 Ecclesiastici iudices contra subditos suos tunc seculare brachium inuocare possunt, si ordinarium iuris remedium ipsis deficiat. Vnde nec subditis Iudicum Ecclesiasticorum licet; seculares superiores in subsidium vocare contra Magistratum suum Ecclesiasticum præterquam in casu necessitatis, extraordinario, cum nullum aliud remedium superpetat.
- 6 Clericus in flagranti crimine deprehensus aut suspectus de proposito patrandi, à seculari potestate capi potest, vt iudici Ecclesiastico tradatur V. C. in crimine pernicioso Reipubl. furto homicidio. Intellige, si necessitas requirat, & mandatum Prælati saltem tacitum interueniat; alioquin enim valde difficile & moraliter impossibile erit, nec nisi Clericus resistat, intrâ terminos necessariæ defensionis consistere, & iurisdictionem in Clericos propria authoritate non exercere, quod laicis prohibitum est.
- 7 Iudex secularis Clericos arma contra publicam prohibitionem in plateis gestantes non ita priuare potest, vt eorum restitutionem deneget, nisi Prælatorum consensus accedat. Nam Clericus quidem secundum vim directiuam obligatur legibus, tacite; tamen non secundum vim coactiuam, vt à seculari magistratu puniri possit: Excipe nisi armorum vsus tanquam Reipubl. perniciosus, sit ita prohibitus neque domi retinere concessum sit.
- 8 Clericus debitor si fugam meditetur interim à

Iudicis

Iudice seculari aut creditore capi potest, vt Iudici suo sistatur & ad solutionem eiusque cautionem compellatur. Nam hoc casu Clericus perinde se habet, vt fur, talem autem capi & reduci posse, nemo negat, quia contra vim iniustam cuiuslibet se defendere iure naturali concessum est.

Clericus à seculari iudice ad testificandum cogi non potest: Ratio, quia testimonium alicuius requirere authoritative, seu imperare est actus iurisdictionis ad proprium superiorem spectans, Clerici autem exempti sunt à iurisdictione secularium Iudicum: si tamen vtrò velit testificari, potest etiam sine licentia Episcopi: Plures si simul delinquant, vt Clericus & concubina, omnes ab eodem iudice Ecclesiastico puniri possunt, quia Ecclesiasticus iudex dignior est laico.

Sed consuetudo obinet cum Iudices seculares contra concubinas Clericorum procedere solent, sed id agere debent, non usurpata iurisdictione in Clericos & domus eorum; Iniquè autem condemnatur Clericus ad expensas incarceratæ concubinæ quia hæc est pœna, quæ à seculari iudice inferti non potest.

Qui post crimen commissum Clericus aut Religiosus factus est, à seculari magistratu tamen iudicari non potest, nisi causâ præuentus fuerit. Quia privilegium exemptionis introductum est, ob honorem status Clericalis: Ergò omnes congaudere debent, qui statum Clericalem assumpserunt.

Si bona per accidens subiiciuntur Magistratui seculari propter subiectionem personæ, tunc liberantur exempta personâ consequenter etiam bona eximuntur.

eximuntur iurisdictione, modo non sint confiscata, sicuti si quis, qui delictum commisit, ob quod multari poterit ante ceptum iudicium mutet domicilium, à iurisdictione liberatur, nec potest deinde in ipsum sententia ferri.

- 14 Clericus ad statum Laicalem transiens iudicari non potest à Iudice Ecclesiastico propter crimina in Clericatum commissa, quia non mutat forum, imò cumulat forum cum foro.

C A P. V

De exemptione Clericorum in causis civilibus.

- 1 Clerici in causis etiam civilibus à seculari magistratu exempti sunt, quod etiam in realibus potest: Quia si bona non habeant obligationem per se, propriam sibi seu realem sequuntur conditionem & statum personæ, ita, ut si ea eximatur à iurisdictione, etiam bona ipsius exempta sint, siquidem fieri non potest, ut iudex de bonis processum iudicii atque sententiam formet, nisi personam vocando, examinando, iubendo quæ sine iurisdictione in illam fieri non possunt. *Quare certum est in Abb. quod si persona exempta est, ergo etiam res.*

NB. Quisque sortitur forum in loco ubi res sita est, ut vult Mysing. intelligitur, nisi sit persona privilegiata & exempta ut Clericus.

- 2 Si persona exempta est, etiam res eius exemptæ sunt, nisi secundum se ipsam obligationem habeant, quod accidit si V. C. à laico Rege, &c. in feudum datæ fuerint vel Ecclesiæ vel comiti feudatario Nobili, quas postea Ecclesiæ donavit; Cum enim iste Vasallus non potuerit plus iuris in Ecclesiam transferre, quam ipsi competeat, sequitur, quod domi-

forum directum semper maneat penes primum conferentem, ad quem proinde proprie pertinet de controuersis super feudo exorientibus iudicare. Ita etiam principes Imperii, Episcopi ratione feudali-um bonorum Imperatori subiecti sunt: *Quia nihil obstat, quin idem homo diuersis respectibus, diuerso iure, & qualitate censeatur.*

Si Clericus feudum habeat à Principe laico con-³ tum ipso conueniri potest in causis feudalibus, quia cum Dominus laicus cognoscit in causa feudali, potius iudicat super re sua, quam de Clerico. Et si Ecclesia habeat feudum à laico, censeatur vt laicus idque in pactis adeo etiam vt si habeat fundus feudalis an-³ nexum tributum, & negetur fructus, Dominus occupare, modò nihil attentet contra personam Clerici. Quod si agatur de crimine Clerici, ob quod meretur priuari feudo id iudex Ecclesiasticus cognoscere debet, & non laicus.

Bona immobilia Ecclesie donati possunt cum re-⁴ seruatione iurisdictionis comparatione eorundem bonorum.

Actor Clericus forum Rei laici sequi debet: Ex⁵ ceptis nisi consuetudine aliud obseruetur, & nisi causa sint mixti fori.

C A P. VI.

De immunitate & exemptione Ecclesiasticorum bonorum.

Bona Ecclesiastica cum ad Dei speciale domini-¹ um pertineant à secularium magistratum exactione libera esse debent, item vasa, & ornamenta sacra, etiam si à priuato oratorio sub particulari aliquo dominio existant. Ratio, quia hæc nullam

Kkk tempo-

temporalem utilitatem habent, quæ in æstimationem venire possit. Quandoquidem ad diuini cultus ministerium dedicata nullis aliis vñibus prophanis adhiberi debent. Idem intelligendum de bonis ecclesiæ immobilibus & mobilibus quæ à fundatoribus proueniunt, quia cum ad cultum Dei specialiter destinata fuerint, ideo omnes exactiones, quibus à seculari magistratu grauantur, & in cultus diuini diminutionem concedunt, atque in Christi iniuriam & irreuerentiam, & quippe cuius illa bona quasi proprium patrimonium exponunt. Vnde consequens, hanc exceptionem diuini iuris esse, quia Filium Dei oportet liberum esse ab exactione Regum terrenorum iuxta illud Matth. 7. Ergo liberi sunt filii.

- 2 Non est æquum, vt bona Ecclesiæ in duplici Magistratu Ecclesiastico & seculari exactionibus grauentur, essent enim deterioris conditionis, quam secularia.
- 3 Onera merè realia seu ipsis rebus inherencia ad Ecclesiam quoque, aut Ecclesiasticum possessorem transferuntur. V. C. tabulæ pensiones; nam res transit cum onere.
- 4 Indictiones ordinariæ seu tributa principum inter onera merè realia numerari non debent: cum imponantur ratione subiectionis personarum.
- 5 Munera alia sunt personalia (quæ personis subditis tantum sine ordine ad patrimonii bona imponuntur: Huc refertur Capitulatio ciuium, à quibus omnibus Clerici exempti: Alia munera sunt patrimonialia videlicet, quæ de patrimonii bonis imponuntur, quæ duplicis generis, quædam enim personis tantum subditis imponuntur cum habitudine ad patri-

patrimonii bona ideoque mixta appellari solent, quædam verò sunt munera merè realia, quæ rebus siue possessionibus secundum se inhærent, quæ etiam à non subditis clericis atque Ecclesiæ possessoribus præstanda numerantur V. C. angariæ seu vehiculares præstationes ad communem necessitatem.

Clerici tamen secundum certiore sententiam 6
ab angariis & similibus muneribus, quæ subditis à seculari magistratu indicuntur, liberi esse debent. Quia laicis propriè incumbit subire munera & onera Reipubl. temporalis, personæ autem Ecclesiasticæ ad bona Ecclesiarum deferuire debent ad finem spiritualem.

Ad necessitatem aliquam tollendam, quæ ad ipsos 7
etiam Clericos pertinet, tempore belli, non minus, quam laici contribuere debent, tamen non secundum voluntatem & exactiorem laicorum, sed præmissa deliberatione etiam ipsorum clericorum, atque ad voluntatem & imperium Ecclesiasticorum prælatorum, quia *quod omnes tangit ab omnibus debet approbari*, Reg. 29. in 6. Et necessitas non habet privilegium. Vnde etiam Clerici tempore hostilitatis occupentur vigiliis murorum, *quia in necessitate cessat privilegium*, & tempore belli cum etiam periclitentur bona Ecclesiæ iure naturali clerici concurrere debent, imò ad muniendam civitatem in extrema necessitate contribuere tenentur.

Bona Clericorum ex titulo Clericali acquisita 8
procul dubio libera sunt à secularium principum exacti-
one. Nam titulus est sacer.

Clerici etiam in bonis suis patrimonialibus im- 9
munitate feruntur, quia solvere tributum subdito-
rum proprium est, cum id signum sit subiectionis iuxta

Apostoli Rom. 13. Quod si bona habent realem obligationem alicuius tituli aut pensionis ac precedentem pacto feudali aut censuali Emphyteutico, tunc nihil attendi debet; utrum persona, quæ possidet, laicus sit an Clericus, subditus an exemptus. Quod si tamen Clerici negotiationibus ac lucris secularium hominum inhiant, meritò etiam eorum onera sustinent.

- 10 Privilegia quæ principaliter data sunt ob fauorem bonorum Ecclesiasticorum non competunt Clericis respectu bonorum priuatorum: Tale est beneficium restitutionis in integrum, si Ecclesia in contractu læsa sit; item ut non tempore ordinatio decem vel viginti annorum perficiatur usucapio immobilium bonorum Ecclesiæ, sed quadragenario. Ratio, quia bona Ecclesiastica inter res sacras numerantur, cuius rei signum est, quia eorum iniusta ablatio sacrilegium censetur. Non ita vero bona Clericorum propria, præsertim ex temporalititulo acquisita sacra censentur, consequenter eorundem iuris fauorem merentur. Alia ratio est, si privilegia datâ fuerunt personis siue statui Ecclesiastico, rebus autem accessorie V. C. ut coram seculari Iudice tanquam rei non conueniantur etiam in casu civili & reali.

C A P. VII.

Quenam personæ Ecclesiastica Exemptione gaudeant.

- 1 **R**egulares omnes utriusque sexus, eorumque Nouitii & conuersi Ecclesiastica immunitate gaudent.
- 2 Clerici minores gaudent privilegio exemptionis si ha-

habebant conditiones requisitas à Concil. Trident. videlicet, vt sint beneficiati, habitum & tonsuram gerentes alicui Ecclesiæ ex mandato Episcopi inferunt. Clericus tamen non statim amittit priuilegium fori, si semel atque iterum deponat habitum, sed si consuetudinem non ferendi habuerit; si postea tamen sine fraude resumpserit, recuperat priuilegium, imò si nunquam ferat habitum, non amittit priuilegium fori, nisi ab Episcopo ter monitus incorrigibilem se ostenderit.

Priuilegium fori trahit secum exemptionem à 3 tributis.

Clerici coniugati, qui cum vna eaq; virgine con- 4 traxerunt, si tonsuram & vestem Clericalem deseruerint Ecclesiæ seruiant Canonis priuilegium & exemptionis fori in causis criminalibus retinent.

Religiosus nouitius ob crimen in Monasterio 5 commissum à seculari Iudice etiam postquam ad seculum rediit puniri non potest.

Mora quæstione de iurisdictione inter iudicem 6 Ecclesiasticum & secularem decet magis ad Ecclesiasticam cognitionem pertinere, tanquam maiore auctoritate præditum, si tamen notorium sit, exemptionem inanem, & solum fallendicausâ oppositam secularis Iudex procedere potest.

C A P. VIII.

Quo iure fundata sit Ecclesiastica immunitas.

Exemptio Ecclesiasticorum à seculari magistra- 1 tu, tum quo ad personas, tum quo ad bona ipsorum à diuino iure proficiscitur, legibus autem ciuilibus & canonicis declarata & confirmata est, Prob. Primò



Primò, Authoritate Pontificum Concil. Tridenti.
 Secundò, probatur ratione. Nulla potestas siue iurisdictione propria virtute extendit, se ultra limites seu genus sui obiecti tanquam proprios limites. Ecclesiastica autem & bona sunt extra obiectum, & proprios limites iurisdictionis secularis, Ergo ad ea se secularis iurisdictione extendere non potest, per se ac propria virtute, sed tantum ex commissione alterius videlicet Ecclesiasticæ potestatis. Maior certa est: Minor probatur. Cum enim materia siue obiectum cuiuscunq; potestatis sumenda sit ex proprio fine proprius, sequitur potestatis civilis, quæ per se ac directe ad finem temporalem ordinatur propriam materiam ac obiectum esse oportere res temporales ac politicas, non item sacras, ad quas numerantur peribrosæ, id est, diuino cultui peculiariter dedicata loca bona, quæ vel ad Ecclesiam ornatum vel ministrorum sustentationem spectant. Ergo hæc omnia sunt extra obiectum secularis iurisdictionis & proprie ad Ecclesiasticam potestatem pertinent.

2 In veteri lege sacerdotes & Leuitæ exempti erant à iurisdictione & tributis aliarum tribuum, Num. 3. Exod. 30. Licet verò leges istæ desierint, tamen inde colligitur, quod quanto nunc dignioris sacerdotum ministri sunt Clerici, tanto magis dictæ immunitatis priuilegia in ipsis locum habere oportere.

3 Laici Clericis gradu inferiores, eisq; infesti sunt, vnde si in eos potestatem haberent, frequenter ea abuterentur. Deinde quo ad tributum Christus Math. 17. Communicauit priuilegium exemptionis B. Perro, Vicentio, sic consequenter etiam familiaræ eius id est reliquis personis Ecclesiasticis.

4 Summus Pontifex & Concilium generale ob in-

nam causam seculari magistratui aliquam iurisdictionem vel exactionem in Clericos committere aut permittere possunt, si sine scandalo aut maioris mali periculo prohibere non valeant, qua ratione etiam Christus tributum pro se, & S. Petro exsoluit, ne exactores scandalizaret.

CAP. IX.

Quibus modis immunitas Ecclesiastica violari soleat.

Ecclesiastica immunitas duobus modis violari potest, vel solo facto vel prætenta potestate seu iurisdictione, qui modus violationis longè grauior est facto. Si clericum quis percutiat, aut tributum etiam simul exiguum exigit, quia iniuria grauis & percussio sacri regium.

Plures sunt speciales modi, quibus Ecclesiastica immunitas violatur. Primus: Si secularis Iudex Ratum ex Ecclesia extrahere præsumat, præterquam in casibus iure canonico concessis. Et præcipitur antiquitas, vt si monitus desistere nolit, excommunicetur. Secundus, Si domini temporales in domibus Ecclesiarum hospitium sibi vendicent, tanquam iure debitum. Tertius, Si secularis Iudex Clericos tanquam reos ad tribunal trahere præsumat id sub pœna excommunicationis. Quartus, si temporales potestates Ecclesias & personas Ecclesiasticas angustiis, tributis, & exactionibus grauent. Excommunicatio Bullaris lata. Quintus, si exigant gabellas ab Ecclesiis, & personis Ecclesiasticis pro rebus ipsarum propriis. At excommunicatio hæc Papæ videtur hodie reseruata. Sextus, Usurpantes redditus

Ecclesiasticorum beneficiorum & Ecclesiarum sub excommunicatione bullari. Septimus, Si temporales Domini prohibeant suis subditis, ne Ecclesiasticis quicquam vendant aut ab iis emant sub excommunicatione ipso facto; Si laicus bona Ecclesiastica contra iuris ordinem inuadat. Nam ordinariè non desunt remedia querelam deponendi apud superiorem Ecclesiasticum. Nonus, Si secularis potestas cum autoritate se immiscet electioni Ecclesiasticæ. Decimus, Si secularis potestas statuta edat aut formari faciat, quæ Ecclesiasticæ libertati aduersantur sub excommunicatione bullari.

- 3 Statuta secularium interdum directè derogant Ecclesiasticæ immunitati interdum indirectè.
- 4 Personæ Ecclesiasticæ ad tutelam non possunt compelli: Agnitionis tamen tutelam legitimam Clerici suscipere possunt & personarum miserabilium.

C A P. X.

Vtrum Ecclesiastica immunitas per contrariam consuetudinem tolli aut minui possit.

Ecclesiastica immunitas per solam consuetudinem, quamuis immemoriam tolli aut minui non potest, si sola sit, & nullo titulo seu privilegio summi Pontificis adiuuetur, quia id deberet fieri per modum reuocationis, interueniente patientia, ideoque tacito Papæ consensu, quod Papa non solet facere, sed potius damnare, vel per modum præscriptionis. Nam consuetudo, quæ vt irrationalis damnata est, non potest via præscriptionis le-

gem abrogare, sed consuetudo aduersus Ecclesiasticam libertatem, anquam irrationabilis passim damnatur in iure. Deinde incapax possidendo est etiam incapax præscribendi, sed laici sunt incapaces iurisdictionis super Ecclesiasticas personas.

Per Priuilegium seu concessionem Papæ laici capaces sunt alicuius potestatis in Ecclesiasticas personas,

Exemptionem Clericorum confirmare eamque lesam redintegrare ad clauem supremæ Ecclesiasticæ iurisdictionis pertinet, etiam reuocatio concessionis, potestatis super Clericos, etiam consuetudinis & præscriptionis quippe fundatæ in gratia & priuilegio Apostolico. Ideo sicut priuilegium à Papa reuocari potest, ita etiam præscriptio ex præsumptione & præscriptione priuilegii vim accipiens, idque ex plenitudine potestatis, maximè si cedere videatur in contemptum status Ecclesiastici.

TRACTATVS X.

De vitiis oppositis virtuti Religionis.

NB. Vitia Religionis virtuti opposita alia sunt secundum excessum, alia secundum defectum: Illa superstitionis. Dicitur autem superstitio, quasi supra conuenientem Dei cultum aliquid statutum, quia tamen excessus non est secundum quantitatem cultus absolute, quia quantumuis homo Deum colat, minus est, quam ei debetur, sed est excessus secundum obiectum, vt si alius Deus colatur,

Kkk 5 colatur,

colatur, qui non est; vel secundum circumstantias, si verus Deus colatur modo indebito. Peccata secundum defectum duplicis generis sunt. Nam sicut virtus Religionis duplices habet effectus, quosdam primarios, quibus Deus secundum se ac directe colitur, ut adoratio, sacrificium, votum, iuramentum, quosdam verò secundarios, quibus res aliæ sacræ, siue Deo dicatæ ob eiusdem honorem coluntur. V. C. sacerdotes sanctorum Reliquiæ, sacra vasa, scriptura, sic alia peccata contra Religionem sunt, quibus Deo secundum se irreuerentia irrogatur. tentatio Dei, iuramentum periurium, blasphemia. Alia peccata sunt, quæ communi nomine sacrilegii comprehendi solent, quibus res aliæ sacræ Deo dicatæ indigne & cum irreuerentia in Deum ipsum redundante, tractari solent.

C A P. I.

De superstitione eiusque speciebus.

- 1 Superstitio est cultus falsi, sicut Religio veri. Secundum defectum ex parte obiecti tres sunt species, Idololatria (falso Deo, diabolo ipsi propria, utpote honorem Deo debitum affectandi ob inuidiam) Diuinitio (quia petitur à diabolo rerum occultarum cognitio,) Vana obseruantia (qua Magi à diabo actionum suarum directionem petunt, ad eum modum à diabolo instructi) quia nos colimus Deum, tum ex reuerentiâ, & debitum honorem debitum deferendo, tum obseruando, partim ea, quæ solus ipse nobis largitur, partim ea, quæ ad actionum nostrarum directionem spectant.
- 2 Superstitutionis secundum defectum ex parte cultus duo modi sunt, vel enim est cultus falsus, vel super-

perfidus: Falsus perniciosus cultus est, si quis Deum colere præsumat cæremonia agni paschalis, per quã ex diuina institutione futura Christi passio significatur dum perfecta sit: Huc pertinent falsæ traditiones hæreticorum docentium aliud in sacrificio offerendum quam Christus docuit.

Falsas reliquias proponere, falsa miracula prædicare aut scriptis mandare, ex genere suo est mortale, cum sint falsitates perniciosæ, ob quas minor deinde fides aliis veris miraculis & reliquiis adhibetur.

Si quis Deum colere aggrediatur tanquã Ecclesiæ minister cum commissionem non habeat, grauius peccat. Sicut enim falsarius ille est, qui nomine aliquo alterius proponit, quæ ipsi commissa non sunt, ita vitium falsitatis incurrit, qui nomine Ecclesiæ cultum Deo exhibet contra formam ab Ecclesia constitutam, vt si aliquis sacrificium offerens cum sacerdos non sit, &c.

Superstitiosi cultus species secundum superfluitatem in eo consistit, quod aliquis Deum colere aggrediatur eo modo, vel cæremonia quæ neque ad ipsius gloriam, neque ad spiritus deuotionem excitandam inseruit. Ratio, quia Cæremonia siue ritus inanis fit. V. C. non nete die Sabbathi in honorem diuæ Virginis; Interim aliis seruilibus operibus insistendo, item orare ante solis ortum, adhibito certo numero, colere cereorum. Audiendi missam à sacerdote qui vocatur Iohannes, ant quia est contra statum Ecclesiæ V. C. in Missa sæpius dicere Alleluia, dicere Gloria, cum intermittendum sit secluso scandalo, venialia sunt peccata. Si tamen cultus non tantum vanus sit, sed etiam turpis V. C. turpia cantando in Ecclesia vel lasciuia in organo notabiliter & ad lasciuiam prouocante, est mortale. CAP.

1 **I**Dolum est simulacrum falsum seu rei non existentis species fictitia, quare differt ab imagine, quæ est vera rei similitudo seu repræsentatio. Per Synecdochem tamen frequenter idolum appellari solet illud esse, quod ut Deus colitur, cū Deus non sit.

2 Idololatria dicitur seruitus, quæ soli Deo debetur alicui creaturæ exhibita.

3 Adoratio & vis latriæ id est voluntariæ exhibitionis signi protestantis supremam Dei excellentiam: videlicet cultus, principaliter est in mente, dicitur interna: secundario est in actione externa tanquam signo expressiuo internæ submissionis.

Externa signa cultus quædam proprie instituta sunt ad Deum colendum V. C. sacrificium, templum, altare, iuxta S. August. Nulli Martyrum, sed ipsi Deo Martyrum, quamuis in memorias martyrum constituimus altaria. Quædam verò signa indifferentia sunt ad latriam & dulum seu cultum inferiorum creaturæ rationalis V. C. capitis inclinatio, genu flexio, incensum, quæ secundum se indeterminata sunt, determinatur ab intentione mentis, ut si exhibeantur creaturæ cuiuscunque ad diuinitatis in ipsa residentis contestationem, idololatria committatur; sin verò rationali creaturæ exhibeantur, vel angelo bono in significationem inferioris creaturæ excellentiæ ad dulum spectat.

4 Idololatria alia est perfecta, cum quis diuinum honorem idolo exhibere intendit: alia Imperfecta, cum quis sciens idolo nullam diuinitatem inesse; tamen ex prauo affectu V. C. odio erga verum Deum

Deum vel cupiditate aliquid à diabolo obtinendū
 ipsi dæmoni, vel alteri creaturæ externum cultum,
 tanquam Deo refert, cuiusmodi cultus licet à pro-
 prietate idololatriæ deficiat, tamen non deficit se-
 cundum voluntatem, grauioremque malitiam con-
 tinet cum altera ex ignorantia procedat, Alia ido-
 lolatria est simulata (Committitur ob tyranni me-
 tum) illicita, & scandalosa cum repugnet fidei & sit
 plenissimum mendacium, estque idololatria solum
 materialis, quia deficit formalis affectus submis-
 sionis.

Triplex apud gentiles idololatria: Vna erga ho-
 mines mortuos Iouem, Martem, Mercurium, Apol-
 linem: Vtra hanc appellat Theologiæ genus fabu-
 losum: Altera, Theologia ciuiliſ ergo hominum
 demortuorum, vel bestiarum in simulacra, per quã
 diabolus responsa dabat. Tertia Physica, erga solem
 & lunam, syderaque, quæ animata esse credebant,
 & diuino numine plena à Physicis inuenta.

C A P. III.

De diuinatione.

Diuination (qua diuinitatis æmulatio seu osten-
 ratio) est significatio occultorum exacto ex-
 presso, vel implicito cum dæmone: Nam quicun-
 que nec occultas & quæ hominis naturalem supe-
 rant computationem scire vult, idque non Dei be-
 neficio & reuerentia, necesse est, vt dæmonis ope
 addiscere desideret, ideoque societatem ac pactum
 cum Dæmone hoste Dei expresse vel tacitè ineat
 contra Apost. 2. Corinth. 10. *Nolo; vos fieri socios
 Dæmonorum.* Malitia huius peccati consistit in spe-
 ciali contemptu Dei, & quicquid homo ad dia-
 bolum

- bolum pro instructione cōfugit & Deum relinquit.
- 2 Si quis à Diabolo expressè vel implicite petat cognitionem earum rerum, quas ille naturaliter nosse potest, mortale peccatum ex genere committit v.c. volens scire furti occultam auctoritatem.
 - 3 Qui vanus & supersticiosus signis fidem adhibet, non iuuantur protestatione quod cum Dæmone societatem nullam habebant, cum protestatio facta contrario fit.
 - 4 Diuinatio per pactum cum Dæmone expressum maiorem deformitatem continet, quia peccatum diuinationis participat rationē idololatrię, dum homo diabolum tali honore dignatur, vt ab ipso diuinitatis æmulatore rerum occultarum reuelationem petat. Hic autem inordinatus homo grauior est, si dæmones expressè inuocentur, quam si aliquid fiat, cui dignum sit, vt dæmones se ingerant. Estque signum reprobationis æternæ, si quis expressum pactum cum dæmone ineat, quia sicut ad initium beatitudinis spectat conuersatio cum Deo & Angelis per preces, &c. ita ad initium damnationis conuersatio & societas cum dæmone. &c. Diuinatio cum pacto expressè sæpe adiuncta habet alia grauissima flagitia, puta obiurationē baptismi, Apostasiam à Christo, idololatria erga dæmonem per sacrificiū genuflexionē, nec vnquam à mortali excusat, quia nimis grauem mutationē habet, sed diuinatio per implicitum pactum, interdum excusatur à mortali propter ignorantiam crassam, vel propter substitutionis imperfectionē si non certa est fides, sed solum timor & suspicio concipiatur euentus ita euenturi, sicut prænotio signi vani indicat. Est enim diuinatio per implicitum pactum cum dæmone, cum quia notitia alicuius

alicuius rei ex signo aliquo consequi seridè confidit, quam illud naturaliter nullo modo indicare potest, tunc enim diuinator, talem notitiã ab intelligentiore substantia certè de siderare cõuincitur idq; non à Deo aut angelis cum talia signa vanitatis à Deo instituta non sint, ideo restat vt per eiusmodi signa à dæmone agnitionem acquirere velint.

Vna est diuinatione per astra, quæ astrologia indicia vocatur. Est enim duplex astrologia, vna naturalis & licita atq; humano generi utilis, per quã situs & motus astrorum obseruantur, atque ex iis affectus naturales producuntur, partim necessariò euenturi, vt Eclipsis, partim contingenter vt pluuia siccitas, &c.

NB. incerta est cõsecratio temperamēti ac propensionis naturalis, habita ex aspectu astrorũ, & obseruato puncto natiuitatis cuiusq; hominis: Ratio, quia temperamentum prolis non tantum ex influxu cæli, sed multo magis ex materia cõceptionis & nutritionis dependet. Itē licet astrologi naturales astrorum euentus, puta anni sterilitatē, nati pueri temperamentum, & naturæ propensionē maiori certitudine asseuerent, tamen non peccant contra virtutē religionis, sed temeritatis, & mendaciū. Altera astrologia est diuinatoria, per quam ex astrorum aspectu euentus à libero arbitrio pendentes prædicantur, vel præteriti, vel præsentis occulti effectus denunciuntur. V. C. Titium esse authorem furti; Caium tale matrimonium contracturum, aut Episcopum futurum gladio, igne, &c. periturum, quia astra non sunt causa talium effectuum liberè contingentium nec signa ex alicuius institutione significantia non Dei nec Angeli quippe prohibita, Esaiæ 47. Restat

Restat ergo ut sint Diaboli signa expressè vel tacitè, cum hominibus pacto simpliciter. Altera species diuinationis est Physiognomica, cuius partes sunt metoposcopia & chiromantia secundum quas ex vultus & manuum lineamentis liberè contingentes euentus, prospera vel aduersa fortuna prædicitur. Philosophica & naturalis physiognomia licita est coniectura de corporis valetudine ex vultus & manuum lineamentis.

- 6 Tertia diuinationis est per somnia, quorum triplex est genus. Primum, naturale, quod ex præcedente cogitatione & animi affectione prouenit. Talia somnia licitum est obseruare eo fine ne præsens corporis valetudo intelligatur. Secundum, Somnia à Deo incussa iuxta exemplum Iudic. 7. Daniel. 1. Matth. 1. & 2. Cuiusmodi somniis fides adhibenda, si sufficientia indicia adsint, ea à Deo esse. Tertium, Somnium, quod à diabolo immittitur hominis phantasiam commouente, eiusmodi somniis fidem habere ad superstitionem pertinet, prohibita Leuit. 19. Ex genere mortali minuitur tamen propter ignorantiam vel simplicitatem.
- 7 Somnium diuinum à diabolico discernunt viri sancti, non tantum ex obiecto & fine eius, sed etiam ex interna somniantis & è somno excitati affectione qualis est illustratio & consolatio animi; insolita promptitudo ad Dei obsequium dæmoniaca autem somnia ad malum inclinant, & perturbant.

NB. Duplex somnium, vnum propriè dictum in quo vsus rationis liber & impeditus non est. Quia intellectus in hac vita dependet à sensibilibus phantasmatis; Hæc autem in somno eleuatione vaporum perturbantur, ideoque intellectus dormientis

mentis nullum perfectum iudicium de rebus formare potest. Aliud est somnium improprie dictum, ac potius ecstasis raptus; cum intellectus dormientis eleuatur ad perfecte intelligendum & iudicandum de reuelatione sine dependentia à phantasmate qui modus eleuationis à Diabolo fieri non potest, sed à solo Deo.

Tertia species diuinationis est per sortes, quorum triplex genus. Primum diuisorium & consultorium ac diuinatorium. Sortes diuisorie per se male non sunt, sed sæpe vtilis, siue ad honestum ludum, siue ad hæreditatis diuisionem, aut litis compositionem, vtraque parte ius æquale habente consentiente. Aut tempore pestis vter sacerdotum ad loca infecta ire debeat; Aut si plures mortem meriti, idque moris in militia, etiam in periculo naufragii, nisi aliqui nauigantium in mare præsiliant; Neque id est se ipsum occidere, sed nauis subsidium mortis euidendæ deserere, sicut si quis tabulam, qua ex naufragio emergere posset, derelinquat, vt digniori obueniat. Nolendi consentire possunt supplere nauarchi & alii loco abuentis sortiri, & sortis euentum exequi. Quod si quis impedire conatur sortitionem in mare eici potest iuxta Maiorem. Sortes consultatorie in quibus occultæ veritatis manifestatio aut cõsili alicuius directio à Deo impetratur. Licite si Dei instinctu fiant, vt Iosue 17. in electione Saulis Reg. 10. & elect. S. Matthie.

Electioes Ecclesiasticæ sortibus fieri prohibentur, & irritæ, ipso iure, si tamen dubitatur, vter duorum ad Pontificatum electus sit, sorte hæc discordia componi potest cum consensu Cardinalium, quia tantum Pontifices non obligantur isto Canone.

Diuinatoria sortis sunt quibus latentis veritatis manifestatio, non à Deo, sed à dæmone expresse vel tacite imploratur idq; superstitiosa & illicita.

- 10 Observaciones vanæ ex avium piscium exterminatione, aurium tinnitu, vulturis occurſu, & millia huiusmodi venialia sunt, quia non fides, sed vanarum tantum formido eis tribuitur.

C A P. I, V.

De Magia.

1 **M**agia vna est naturalis (quæ est ratio intra operis efficiendi per applicationem naturalium agentium sine ministerio dæmonis. Altera est superstitiosa (quæ est ratio efficiendi mira opera dæmonis ministerio per signa ab ipso instituta ad imitationem signorum sacramentalium Christi Domini. Et quæ de diuinatione dicta huc referuntur. Nam per diuinationem desideratur à Dæmone rei occultæ cognitio; per magiam effectio alicuius operis.

- 2 Duplex Magia: Vna per pactum seu societatem explicitum cum dæmone cui iuncta apostasia à Christo & adoratio diaboli: credunt enim magi, diabolum non esse miserum, sed felicem, qui & ipsos felices reddere possit. Accedunt blasphemie in Christum & Spiritum sanctum, sacrilega tractatio S. Eucharistiæ, non raro etiam scdissima peccata per carnis cum diabolo in phantastico corpore commixtionem. Altera magia est per peccatum cum diabolo implicitum, si præter Ecclesiæ consuetudinem adhibeatur aliquid certo efficiendum cuius vim naturalem cum habere non possit, ut pote nec à Christo, neque ab Ecclesia institutum. Nec

refer.

refert Christi sacra verba adhibere, si alia vana v. c. nomina, characteres adhibeantur, superstitiosum est, v. c. S. Iohannis Euangelium scriptum esse debere à virgine oriente sole in membrana virginea. Imò tamen si nihil adhibeatur, nisi quod secundum se ipsum v. c. solus versiculus ex Psalmo, sola ova paschalia, soli flores ex altari, si tamen in his certa fiducia conferendæ sanctitatis, aut temporalis commodi constituatur, superstitiosa sunt.

Gratia sanctorum plerumque tantum hominibus 4
conferitur, ita ut sit personalis, & non affixa certæ rei vel actioni à quacunque persona usurpetur. Licet vero interdum Deus homini peccatori gratiam gratis datam conferat, non tamen permanenter hæc habitualiter.

Quod si res aliqua aut ceremonia pietatis speciem gerens adhibeatur, non quasi certus & infallibilis effectus ex eo consequi debeat, sed quia inseruiat ad melius precandum, & efficacius à Deo aliquod temporale impetrandum, non est magicum quid, sed actus inanis superfluus contra Ecclesiæ consuetudinem.

Cultus superflui qui præter Ecclesiæ consuetudinem usurpantur, si non penitus tolli, quantum fieri potest, emendari debent, v. c. si homines etiam possint abduci, ne in die S. Stephani equis venam mittant, quod superstitiosum: in festo S. Iohannis flores decerpant, flores in igne S. Iohannis immittant: si abduci non possint, saltem edoceri debent, ut in his certam spem non collocent, sed saltem adhibeant ad se ipsos magis excitandos, ut à tali sancto, vel potius à Deo per Christum & sancti huius intercessionem petant rerum suarum
LII 2 confer-

conseruationem, & augmentum, si ad animarum suarum salutem expediens fuerit. Idem statuendum de certo numero Candelarum aut precum, ut id faciant in honorem alicuius mysterii, sed non ea persuasionem, quasi deprecatio aut oblatio Deo grata futura non sit, si alius numerus adhibeatur.

6 Magiaë superstitiösæ tres sunt species: Primò, ars notoria, per quam certis verbis & signis adhibitis variæ sententiæ absque labore acquiruntur V.C. Ab Anabaptistis. Secundò, Ars sanatiua corporum per benedictiones, ligamina, scripturam, quæ naturalem vim medendi non habent. Tertio, Ars maleficiorum id est nocumenta iumentis, segetibus à Magis illata, ad restitutionem propter iniuriam obligantia. Vnde Magorum bona confiscantur, & ex his filci illata damna resarcire tenentur, iuxta l. non possunt ff. de iure filci: *Quia id bonum cuiusque intelligitur esse, quod ari alieno superest.*

7 Si certum est, rem quæ adhibetur ad morbum V.C. curandum secundum se inutilem esse, non iuuat præstatio, qua aliquis excludere velit pactum diaboli.

8 Magus si operam secundum artem suam præstitit, ac mercedem accepit, eam restituere non tenetur ad modum medici, licet effectus non sequatur modo diligentiam adhibuerit.

9 A Mago peti potest, ut signa magica quibus morbum intulit, destruat, seu dissoluat, non utendo nouo signo magico, licet quis suspicetur, magum tunc usurum signis: Quod si certò sciat, magum ut signo magico, peccat mortaliter, ipsum accedens, quia nunquam licitum est ab aliquo petere, seu aliquem inducere ad id agendum, quod sine peccato fieri

fieri non potest. Adhibere autem signum magicum, & pactum cum dæmone, intrinsecè & per se malum est. Quod si quis dubiter, vtrum licito an illicito modo solui possit, peccat, & abstinere debet in petitione; Ratio, quia in dubio facti cum agitur de periculo peccandi, Deum inhonorandi, tutior pars amplectenda est.

C A P. V.

De tentatione Dei.

Tentatio alia est seductionis ad peccatum, quæ¹ nullo modo in Deum cadit, iuxta Iacob. cap. 1. *Ipsenim neminem tentat*: Altera est probationis siue experimenti, quomodo in sacra scriptura Deus dicitur tentasse Iobum, Tobiam.

Peccatum tentationis Dei duplex est. Vnum² propriè dictum, quod ex infidelitate oritur, seu dubitatione de aliqua Dei attributo V. C. Præsentia, omnipotentia. Quo sensu legitimus de Israelitis Exod. 17. *Tentauerunt Dominum, dicentes: Est ne Dominus in nobis, an non?* Est intrinsecè mala, grauissimum peccatum. Alterum est peccatum tentationis minus propriè dictum, quod non ex dubitatione, sed præsumptione & nimia confidentia oritur, cum quis sine necessitate petit à Deo, vel voluntatis suæ, vel alterius rei miraculosam declarationem. In necessitate ad aliorum salutem, si non superant alia media veritatis cognoscendæ, licet à Deo humiliter signum petere: Ita excusatur seruus Abrahæ Gen. 24. petens signum à Domino per modum orationis: Ionathæ, 1. Reg. 14. Apostoli, Actor. 4. Nunc tamen si quis pro conuersione hæreticorum signum à Deo peteret, tentaret, cum non desint

ipsis alia argumenta & notæ veritatis agnoscenda, quorum primum est perpetua Ecclesiæ traditio, & testimonium. Item coram gentilibus, si eorum conuersio probabiliter non speraretur. In speciali tamen apparitione & reuelatione sine iudicis sufficientibus humiliter signum à Deo peti potest, iuxta exemplum B. Virginis Lucæ primo, Quomodo fiet illud.

- 3 Quidam etiam patres Veteris Testamenti absque peccato signum petierunt diuinæ apparitionis aut præcepti: Gedeon Iudic. c. 6. propter populum.
- 4 Tentatio Dei alia est cum expressa petitione extraordinarii signi, aut auxilii siue extraordinariis mediis necessitatis causa v. c. si quis super carbonibus ardētibz incedat ad ostendendū innocentiam, quo spectant purgationes per ferrum candens aquam frigidam purgatio adulteræ In veteri Testamento pertinebant ad ceremoniales leges.
- 5 Iudex grauitèr peccat, si contra suspectas personas prohibitis purgationibus vtatur, v. c. per aquā frigidam, candens ferrum aut sanguinem ex oculis hominis cadauere in hominis præsentia fluentem. Ratio, quia iudex in processu contra Reos probationibus & iudiciis vti debet, quæ humano ac naturali modo deprehendi possunt, quales non sunt affectus illi, quorum origo superstitiosa, vel saltem nobis ignotum est.
- 6 Per orationem sine debita animi dispositione à Deo impetrare aliquid velle, censeatur esse veluti quedam tentatio Dei, v. c. si quis temerè se martyrio offerat in morbo periculoso medicinam respuat, si quis non paratus ad prædicandum accedat.

Peccatum tentationis, Religionis virtuti oppositum

nam & ex genere suo est mortale, propterea quod ad irreligiositatem pertinet, ex defectu fidei, aut nimio excessu spei irreuerentiam Deo irrogare petendo ab eo sine causa irrationabili extraordinarium ac miraculosum effectum. Veniale potest fieri ex lenitate materiae, ut si in morbo periculoso respuas medicinas, temerè confidens à Deo sanitatem te consecuturum, non tamen expressè petita curatio-
ne miraculosa.

C A P. VI.

De Blasphemia.

Blasphemia est maledictio seu contumelia in Deum formaliter ac directè opponitur laudi Dei, quæ sicut simplex interna & externa ira & blasphemia.

Blasphemia sicut & hæresis in intellectu consistit exterioribus autem verbis aliisque signis manifestatur.

In ebrietate homo propriè non blasphematur, cum mente, & intellectu captus sit, quippe malitia blasphemiam in intellectu substantialiter consistente, ideoque esse non potest factuale peccatum blasphemiam, hæresis, &c. nisi concurrente intellectu, qui actu, aut virtute aduertat ad verba, quæ ore pronunciat. Et blasphemia est species contumeliam, ad contumeliam autem requiritur scientia & dolus. Unde contumeliam homini intulisse censendus non est, qui verba contumeliosa in ebrietate protulit, nisi ea ipsa intentione se inebriarit, ut conuitia in Deum vel hominem effutire posset.

Idem sentendum de verbis blasphemis ex prava consuetudine ante rationis aduersione prolatis.

non esse propriè peccatum blasphemiae. Nihilominus grauem irreuerentiam, & irreligiositatem continent materialem, ideoque pœna digna, non quod in se formaliter peccata sint, sed quia prauis affectibus peccatorum; puta voluntariæ consuetudinis vel ebrietatis, quam homo etiam idcirco deuitare debebat, quia perspexit esse causam, & quasi semen consequentium blasphemiae verborum, quæ proinde ipsi indirectè, siue in causa voluntaria censentur.

4 Peccatum blasphemiae diuersum est à peccato infidelitatis (quia infidelitas est erroneus consensus contra fidem: Blasphemia autem est mala verba dicere contra Deum ad quod minime requiritur assensus, sicut quis furem appellare potest, cum tamen non sciat, furem non esse; tamen licet hæc ita, blasphemiae peccatum frequenter ex infidelitate originem trahit, sicut alia, quæ contra Deum committuntur V. C. desperatio, odium Dei, &c.

5 Peccatum tentationis Dei interdum blasphemiae rationem habet, præsertim quæ ex infidelitate, dubitatione de diuina potentia oritur, etiam significatio odii Dei in damnatis V. C. est maledictio Dei.

6 Blasphemia alia est cum directa intentione inhonorandi Deum reperitur in infidelibus, fidelibus desperatis, damnatis: Alia cum indirecta ac virtuali, cum quis scienter ac seriò loquitur verba, quæ vel ex propria significatione, vel ex modo proferendi diuini honoris, diminutionem continet. Est etiam blasphemia sed prior grauior.

7 Blasphemia item alia est simplex, quæ falsitatem non continet, quia non enunciatiuè sed optatiuè concipitur V. C. Vtinam non sit Deus, vel quia id, quod verum est, de Deo enunciat, sed per modum

dum despectionis aduersus Deum: tales sunt blasphemiaz per Christum, per sacramenta. Alia est blasphemia hæreticalis, quæ falsitatem continet, dum aliquid tribuitur Deo, quod ipsi non conuenit V. C. iniustum esse, vel negatur de eo, quod ipsi conuenit, V. C. non curare res nostras, & hæc blasphemie profertur etiam à Christianis malis, à damnatis, qui illas falsas esse non ignorant, ac proinde uitatores taliter blasphemantes suspecti fiunt de hæresi.

Qui in ira contra hominem sacra uerba falsitatem continentia irreligiose profert, proprie non blasphematur v. c. per corpus, per chrisma, per sacramenta, &c. Si affectus indignationis non tendat contra Deum, sed contra hominem, iumentum, est peccatum ueniale sacrilegii & præceptum prohibitum: *Non usurpabis nomen Dei tui frustra*, fit mortale, ob scandalum vel periculum formaliter blasphemandi. Quod si belli Dux confitens Confessario, dicat se alio modo uitaliter coercere non posse, quam iurando per sacramentum, non semper mortalis damnari potest.

Blasphemia fit interdum cum iuramento peruerso, puta si quis per idolum iuret; Item si quis profertur iuramentum extortum cum despectu Dei, v. c. non uiuat Deus, nisi hoc meum sit. Vel per modum spernentis, per caput Dei, per capillos Dei.

Blasphemia etiam est in sanctos. quæ tales sunt, in Deum redundat: ut si contumelia afficiantur, cum habitudo aufertur: Est eiusdem rationis cum blasphemia in Deum, quia eandem rationem malitiae continet. Quod si non sancti non ut beati sunt, sed ut quidam homines in terris fuerunt, contumelia afficiantur, ut si quis dicat se S. Crispino & Chris-

piniano fuisse sutorē: Non erit blasphemia, cum nō
in Deum retundet, sed contra obseruantia siue cul-
rum dulia, quod si ex ioco dicātur talia sunt venalia.

Creaturis irrationalibus pluribus modis male-
1 1 dici potest. Primò, quatenus creaturæ Dei sunt,
qua ratione ad blasphemiam pertinēt. Deinde qua-
tenus ad dominium hominis & vsum pertinent,
qualis duplex est: Vna imperii efficacis, quomodo
Deus Genes 3. maledixit terræ: Altera inefficax, per
modum simplicis optationis, quomodo homines
maledicere solent possessionibus eorum, quos odio
persequuntur: Nam talis maledictio ab odio impe-
ratur. Tertio, per exaggerationem & significandam
animi iniustitiam. Sic David maledixit montibus
Gelboe, Iob diei, in qua natus. Quarto, quatenus
creaturæ irrationales absolute spectantur, sic illis
maledicere, est actus otiosus.

NB. Confessarius est, inquirere quomodo quibus
verbis maledixerit quia differunt blasphemiae in
quantitate & gravitate iniuriæ contra Deum sicuti
non satis est, si quis confiteatur se furatum esse, sed
debet addere quantitatem furti.

Confessarius etiam inquirere debet, vtrum blas-
1 2 phemia probata sit cum formali & directa intencio-
ne in honorandi Deum, Ratio, quia hæc circum-
stantia intrinsecè aggrauat & auget inhonoratio-
nem Dei, in quo essentialis malitia blasphemiae con-
sistit. Quod si confidens, se tantum ex ira sine inten-
tione Deum inhonorandi blasphemasse dicatur,
tunc confessarius debet attendere ad verba quibus
homo vsus fuerit, si enim secundum se diuini hono-
ris diminutionem nullam exprimunt, non est cen-
senda blasphemia, nec mortale, si autem verba
rem

alia, aut tali modo prolata sint, vt contumeliam Dei aut sacramentorum significant videntur: gang donner / das dich Gotts Ehrysam schende. censeri debent blasphemiae, dummodo homo attenderit ad vilipensionem Dei, aut rei sacrae quae talibus verbis exprimitur. Saep̄ autem homines eiusmodi verba blasphemica proferunt inaduentēter ac materialiter tantū non attēdentes quid significant, tūm verò excusantur à grauitate peccati propter imperfectiōnem cognitionis ac voluntatis modo interim conentur peruersam istam consuetudinem deponere.

C A P. VII.

De Sacrilegio.

Sacrilegiū dicitur rei sacrae violatio, rei Deo dicatae, cum enim efficiatur peculiaris possessio Dei, quid in cultū diuinū deputatur, debetur ei reuerentia, quae in Deū redundat, adeoq; etiā irreuerentia seu indigna tractatio rerū sacrarū ad iniuriā Dei spectat. Sacrilegus dicitur quasi sacrū legens siue compilans.

Sacrilegii tres species sunt, I. Contra personā. II. Contra loca sacra. III. Contra alias res sacras, seu cultui diuino dicatas publica conseruatione & ritu non quolibet priuato proposito.

Sacrilegium cōtra personas sacras quatuor modis committitur, I. Inferendo manus violentas in clericū vel religiosum aduersus priuilegiū si quis 17. q. 4. quod ex motiua virtutis religionis Ecclesiasticis & Deo dicatis personis concessa est. II. personas Ecclesiasticas subiiciendo fori secularis iudicio aduersus priuilegium exemptionis earum. III. Tributū ab ipsis exigendo aduersus Ecclesiasticam immunitatem siue exemptionem à talibus oneribus. IV. Luxuriose violando corpus personae Deo Sa-

ciatæ per votum continentiae perpetuae, etiam de propria persona sacra, violando se ipsum.

4 Si Clericus in sacris vel religiosus fornicetur multiplex peccatum committit, violationis voti & sacrilegii, quæ circumstantia in confessione explicanda. Violatio verò voti castitatis priuati, si violans non publico iure cultui diuino sit dicatus est solum late sacrilegium.

5 Locus sacer censetur qui publica Ecclesiastica auctoritate deputatus est ad sacra officia, licet non consecratus sit, quare talis locus immunitate & priuilegijs Ecclesiasticis gaudet, non verò priuata oratoria, etiamsi Episcopus licentiam dederit celebrandi in illis.

6 Non omnis locus sacer aut pius Ecclesia dici potest, quamuis Ecclesiarum priuilegia ferme alia ad loca sacra videlicet monasteria, & Xenodochia, quæ publica auctoritate instituta sunt, extendi solent; Alioquin Xenodochia sine Episcopi auctoritate ædificata non censentur religiosa.

NB. Ecclesia consecrata ad publica diuina officia, & vsum sacramentorum appellatur Ecclesia, cui annumerantur Monasteria & Xenodochia & alia pia loca secundum extensionem priuilegiorum. Nota: Clericus interdictus celebrans in Ecclesia publica auctoritate ad cultum diuinum deputata, licet nec dum consecrata sit, irregularis, quia sacris est quod sit Episcopi auctoritate fundata.

7 Oratorium, quod publicum in eminenti loco campanam habet, censetur esse publicum, vt Ecclesiastica immunitate gaudeat. Nam in priuatis oratorijs, non nisi priuata campana haberi potest ad conuocandos incolas domus.

Sacri-

Sacrilegium aduersus locum sacrum accidit primo, violando sacri loci immunitatem, secundo polluendo Ecclesiam vel Cæmeterium, Tertio, exercendo actionem profanam, quæ reuerentiæ sacri loci repugnat (cuiusmodi sunt iudicii secularis exercitiam (non Ecclesiastici) item negotiationes, conuiuia.

In voluntariæ iurisdictionis actus cuiusmodi sunt dispensationes, pupillorû provisiones, item Doctoratus collatio in Ecclesiis fieri non prohibetur. Non item Parlamenta secularium quæ me è politica sunt. Quoad mercaturam patet ex exemplo Christi Mat. 21. Est mortale propter grauem irreuerentiam; Si tamen solum tractatus emptionis instituat in Ecclesia merce non præsentem; Est veniale. Item si propter pecuniam in recessu, veniale vel nullum: In Cæmeteriis tamen candela & alia vendi possunt ad deuotionem populi pertinentia.

Comædiæ & Tragediæ quæ ad pietatem mouent in Ecclesia institui possunt. Profana colloquia prohibita inter diuina officia. Alioquin tamen in templo honestum colloquium instituire nullam irreuerentiam continet.

Agapes (publica conuiuia Christianorum, ex quibus etiam pauperes pascabantur) olim in Ecclesiis institui solitæ, postea propter abusum sublata fuerunt. Veniale est in templo fabulari, comedere.

Indigna tractatio S. Eucharistiæ, utpote primum locum inter res sacras obtinens omnia sacrilegia prauitate superat, directe tendens contra personam Christi in S. Eucharistia contentam.

Sacrilegium committitur, indigne rerum sacrarum

rum

rum tractatione, vasorum sacrorum, altarium, ædificiorum sacrarum, crucis & imaginum Christi habentium, secundum locum post sacramentum Eucharistiæ. Exstimantur enim vt instrumenta cultus diuini: Hæc reuocantur S. Chryfina & Ioleum benedictum, item sacra nomina Christi & sanctorum, S. Euangelium, & tota scriptura. In tertio gradu ponuntur ea, quæ pertinent ad ornatum altarium, & ministrorum, cerei, aqua benedicta: Referuntur enim hæc omnia peculiari ratione ad Deum. Vnde indigna tractatio eorum, vt grauius sacrilegium, quo maior irreuerentia, v. c. indigna communio, peruersio S. scripturæ, vsus sacrorum vasorum, ad profana.

- 14 Multa sacrilegia committi possunt circa res sacras non decenter tractandas, seruandas, negligens custodia S. Eucharistiæ, & si sacrum Baptisma a sordibus non custodiatur, sacrae pellæ purificatoris non reficiantur.

NB. In honoratio per intentionem virtualem ob leuitatem materiæ fit venialis. NB. Sacrilegium est etiam peccatum omissionis, v. c. si non munda conseruantur vasa sacra, &c.

- 15 Qui legata pia vel alia Ecclesiastica iurant bona peruertunt sacrilegium committunt, Ratio: quia bona ista ex prima sui institutione atque offerentium voluntate eam conditionem habent, vt quia ad Dei & Christi honorem oblata ac destinata sunt, non in alium nisi pium vsum conuertantur: olim ratio est postquam bona Ecclesiæ pauperum vel ministrorum Ecclesiæ per legitimam dispensationem propria facta sunt.

- 16 Furtum sacrilegum committitur vel auferendo

tem sacram de loco sacro, vel non sacrum de sacro, vel sacrum de non sacro.

Qui Calicem sacrum è loco non sacro surripit, 17 proprie sacrilegium committit, quicquid iuristæ dicant, quia eorum non est definire, quid nam sacrilegi crimen sit, sed canonum. Res non sacras auferre ex loco sacro est sacrilegium, quia aliquo modo pertinent ad Ecclesiam in cuius fidem & immunitatem susceptæ sunt.

Qui crumenam alicui in Ecclesia abscondit, est 18 sui sacrilegus, licet in externo foro non ita puniatur, nam ad reuerentiam Ecclesiarum rationabiliter pertinent, ut res omnes in iis positæ à furtis & rapinis liberæ sint. Quare violatur immunitas Ecclesiarum per ablationem talium.

Qui furtum sacrilegum cum violenta effractione 19 committit, excommunicationem ipso iure incurrit, adeo ut post denunciationem papæ ad sacram sedem Apostolicam pro absolutionis beneficio mittendus sit, nisi in prouincia sit aliquis à sede Apostolica priuilegiatus, ut à censuris iuris Papæ reseruatim absolui possit.

C A P. VIII.

De Simonia.

Simonia à Simone Mago hæretico appellata (qui 1 Act 8. pecuniam Apostolis obtulit; dicens, date & mihi hanc potestatem, ut cuiuscunque imposuero manus, accipiat Spiritum Sanctum. Quod ea intentione petisse putatur, ut hac ratione postea spiritum sanctum tanquam seruum pro pecunia venderet) tamen Simonia sine hæresi potest esse (licet Simon Magus hæreticus fuerit in praua voluntatis affectio-

affectione, & in indigna fraudatione rerum spiritua-
lium, & quasi proinde ac res prophanæ venales seu
precio æstimabiles fieri possunt.

§. I.

Quid sit Simonia.

2 **S**imonia est studiosa voluntas emendi aliquid spi-
rituale vel spirituali annexum. Dicitur volun-
tas, quia sufficit affectio Simoniaca (etiam sine pa-
cto) cum opere consecuto (dicitur emendi, ven-
dendi) vt comprehendat omnem contractum one-
rosum & reciprocum, in quo res temporalis tan-
quam precium siue æstimatio rei commutatæ seu vi-
cissim datæ interuenit.

3 Quædam sunt spiritualibus annexa anteceden-
ter (ius patronatus, vasa, vestes sacræ. Quædam
concomitanter (vt labor corporis in sacrificando.)
Quædam consequenter, vt redditus beneficiorum.

NB. Essentialis materia Simoniæ in eo consistit,
quod res sacra aut spiritualis indigne ac irreli-
giose tractatur, si cum re temporalis in commutationem
ducatur, perinde ac si tam vilis, vt instat tempora-
lium rerum venalis proponi possit; Id notauit S.
Hieronymus ex cap. 10. Matth. super illa verba: *Gratis accepistis, gratis date.* Perinde enim agitur, quan-
do res spiritualis cum temporalis commutatur, ac si
illa non minus quam hæc libero hominis dominio
subiecta sit, & non à solius Dei gratuita voluntate
& operandi virtute dependens: colligitur ex dicto
Actor. 8. Pecunia tua tecum sit in perditionem;
quoniam donum Dei existimasti pecunia possideri
posse.

4 Simonia est species sacrilegii iuri naturali repu-
gnans

quans supposita fide & reuelatione donorum spiri-
tualium quatenus res sacra ita vilis reputatur, vt ve-
luti venalis proponatur est mortale grauissimum,
nec sic veniale obleuitatem materiae, quia est grauis
in reuerentia, imò blasphemia, ita tractare quod-
cumque donū gratiæ ac si tam vilis sit, vt à potestate
hominis dependeat vt precio aestimari, & vendi
possit.

Est etiam cōtra iustitiam ex parte vendentis, si in
cōpensatione rei quatenus precisè spectatur, tem-
porale aliquid accipiat. Qui enim temporalem rem
ab altero accipit, sine vllō iure accipiendi, is in iusti-
tiam committit, sed dāns alteri rem spiritualem, nul-
lum ius habet vicissim accipiendi rem temporalem.
Nam accipere non potest titulo gratuitæ donatio-
nis, quia suppono, alterum non habere intentio-
nem dandi gratis, neque ex titulo oneroso, quia talis
contractus ipso iure naturali diuino & Ecclesiasti-
co irritus est.

Fama & corporis integritas, quodammodo pe-
cunia aestimari possunt, quia humano arbitrio vsui
deputata non ita vero vt sacra & spiritualis.

§. II.

Quale precium in Simonia requiratur.

Suppono, ad Simoniam rationem precium
requiri, quippe malitiā eius in emptione
& venditione consistente, quæ sine precio esse non
possunt. Item spectata rei natura non est simonia,
rem spiritualem cum spirituali commutare vnum
beneficium cum altero, &c.

Neque Simonia est, rem temporalem gratuito
dare, aut remunerationis causa ei offerre, quæ rem
M m m spiri-

spiritualem exhibet (ratio, quia domum gratuitam opponitur precio: quippe quod tanquam vicissim ex iustitia debitum promittitur, neq; refert, licet vtrinq; intentio sit sperandae remunerationis. NB. Tamen propter periculum affectus simoniaci talia interdum Ecclesiastico iure prohibentur.

9 Si antidotalis remuneratio (v. c. dono tibi pecuniam, sed ea conditione, vt mihi vicissim ex gratitudine praestare debeas rem spiritualem) pro re exhibita spiritali in obligationem pacti ex iustitia vel fidelitatis pacto deducatur, simoniae vitium committitur, quia tunc datio non est gratuita sed onerosa, ideo potius permutatio. Et nisi hoc dicamus nulla erit simonia, nulla usura, quam non liceat tali contrahendi formula declinare, v. c. gratis ac liberaliter tibi conferam, hanc rem spiritualem, sed ea conditione, vt vicissim ex gratitudine mihi obligatus sis ad dandam pecuniam.

10 Qui beneficium alicui Ecclesiasticum confert, aut pecunias mutuo dat, generaliter monere potest, vt gratum is se exhibeat cui datur, sed nulla noua obligatio precio aestimabilis imponi debet. Quae ratione diuites cum pauperibus eleemosynam dant, eos hortari solent, vt pro ipsis orent, quasi alias nihil daturi essent, & pauperes vicissim, se oraturos, promittunt: Idem censendum de contractu matrimonii.

NB. Nec simoniacum est, si alicui v. c. Ecclesiasticum beneficium conferas ea intentione & protestatione, vt hoc modo obligatione antidotali gratitudinis te exoneret.

Simonia non est promittere aut donare alteri

rem temporalem sub conditione aut modo, ut spirituale ab ipso opus præstetur - non tamen per modum retributionis seu commutationis; v. c. si parentes filiis munera promittunt sub conditione, ut sacramenta frequentent, puella viro hæretico promittat matrimonium, si Catholicus fieri velit, Ratio, quia non committitur simonia, ubi non est contractus onerosus ac reciprocus, sed liberalis donatio, cum donatarius rem non præstat cum obligatione, ac proinde non in contractum onerosum & reciprocum transit. Quod si obligatio imponatur vicissim promissario v. c. do tibi centum ut eas ad religionem, est simonia, aut si conditio sit de faciendo aliquid in gratiam dantis v. c. do tibi hanc rem, v. c. decem aureos si mihi vel amico de his sacras reliquias est simonia.

Spectata rei materia non est simonia, ut præstare alteri officium spirituale, principaliter propter rem temporalem, quæ inde provenit, non ut precium v. c. propter speratam elemosynam.

NB. Clericus simoniacus est, si propter distributiones tanquam finem operis principalem in Ecclesiam veniat; si finis ille tanquam operis precium intendatur, tali autem seclusa intentione, de ordinario voluntatis operantis spirituale, principaliter propter licitum temporale solum culpa est venialis; Quandoquidem finis huius appetitionis mortaliter pravis non est, sed solum inordinata eius appetitio.

Clerici ministrantes fidelibus spiritualia ab iis temporalia accipiunt, ut iustum ac debitum vitæ stipendium: *Dignus est enim operarius mercede sua.* 1. Corin. 9. Quis militat suis stipendiis

M m m x v n q u a m ?

vnquam? Plenius naturalis iustitia exigit, vt si quis in alterius gratiam atq; commodum occupatus est, & laborat sufficiens victus & sustentatio confiderato statu personæ eius; præbeatur & tunc non accipitur pro spiritali, sed quatenus præcise seruitium est, siue operatio in alicuius gratiam suscepta. Cum enim omni seruienti stipendium & sustentatio debetur, cur non etiam ministris Ecclesiæ? Consequenter ipsi ministri recipientes stipendium (ex pacto) ex iustitia obligantur ad officium spirituale, alioquin stipendium reddere debent, quod ipsis datur propter officium. Neque vero ita gratuitum officium spirituale ministrari debet, vt omne simpliciter debitum ob acceptionem precii temporalis. Nam qui v.c. pactus est, se sacrificaturum pro altero, si is vicissim aliquid refarcit, pro ipso oiet, obligatus imò si solum singulariter promittat.

- 14 Stipendium (Clerico ministranti v.c. celebranti non datur, vt mera eleemosyna, sed vt ex iustitia debitum, licet pauper non sit. Nemo enim suis stipendiis alteri militari seu operari cogitur.
- 15 De stipendio sibi debito Clericus pacisci potest, modo absit exactio turpis auaritiæ, aut simoniæ speciem præse ferens: Ratio, quod enim naturali iure ex iustitia debetur, illud etiam in pactum deducere licitum est. Cæterum cum quantitas stipendii naturali iure determinata non est, lege aut consuetudine taxari potest, imò etiam partium conuentione. Nec est simonia etiam, si pecunia numeretur ante officium præstitum.
- 16 Si Parochus ex decimis, aliis ex prouentibus sufficientem sustentationem habeat, non potest aliquid pro sacramentorum administratione & similibus

libus officiis exigere. Nam omnis exactio iniusta est, quæ fit ratione operis, alioquin ex iustitia debiti cum tunc desit ius siue titulus exigendi: Limita, nisi sit consuetudo legitime præscripta.

Speciale id est in Societ. Iesu quod pro officiis ad 17 proximum erudiendum ad spiritualiter adiuuandum exercitiis nullum temporale stipendium vel elemosynam accipere possit, si nimirum in communi seu in particulari. Quod si aliquid datur in signum gratitudinis accipi potest, cum id non habeat rationem compensationis.

Illud Nauarr: Si alter centum aureos libere daret secluso pacto & ego gratificandi causa centum sacra promitterem sine dependentia vnius promissionis ab altera licitum esset.

In fundatione collegii non potest Societas Iesu 18 se obligare ad dandum concionatorem, confessarium aut professorem: Excipe nisi obligatio docendæ Theologiæ esset accessoria Vniuersitati; Eam enim acceptans societas ex consequenti obligatur, ad ordinarias eius lectiones.

Si Religiosus Societ. Iesu pro sacro ministerio pe- 19 cuniam accepit, restituere debet danti: quia collegium non accipit: Cum illud repugnet voto paupertatis, Ergo danti, idque propter religionem voti, non ob legem iustitiæ, vtpote quæ violata non est, quod si tamen alter, cui pecunia reddenda est, contentus sit, vt nomine ipsius pauperibus detur, satisfiet eius obligationi iuxta dictum lib. tract. 5. cap. 7. num. 16.

Religiosus Soc. Iesu non potest spirituale ministe- 20 rium præstare eo pacto, vt stipendium exinde alteri personæ proueniat, vtpote peccans contra votum

M m m 3 pauper-

paupertatis cui perinde sit, ac si pro ipso acciperet. Quod si tamen alius sacerdos obligatus sit ad missas v. c. legendas ex fundatione aut dispositione, loco eius sacrificando eum liberare poterit, quia iam praecessit pactum, & ius acquisitum est illi sacerdoti, consequenter Religiosus non cooperatur pacti; seu vt clarius dicam suo sacrificio non acquirit pecuniam, sed solum liberet alterum sua sacrificandi obligatione.

- 2 1 Si minister in casu necessitatis sacramentum ex affectu simoniaco ministrare non vult, nisi oblata ipsi pecunia; non est illicitum dare ad redimendam iniustam vexationem, & auaritiam eius expleendam, datio pecuniae, non nisi per accidens ordinatur ad ministrationem sacramenti, videlicet tanquam reuens, prohibens. Confir. quia datio stipendii ex operantis intentione ordinatur ad sacramentorum v. c. ministrationem siquidem beneficium datur propter officium, tamen quia non datur vt precium operis spiritualis, sed vt necessario sustentatio personae. Iterum dans pecuniam tali causa non intendit alterum inducere ad simoniam, sed abducere à peccato iniustae vexationis, neque refert, etsi dans aduertat accipientem ministraturum eam simoniacè propter pecuniam tanquam precium: Ille enim nihilominus bonam intentionem seruare potest permittendo huius peccatum.

Simili ratione potest dare pro Eucharistia violentè retinenti Tyranno pecuniam ad redimendam vexationem vt à sacrilegio cesset.

- 2 2 Qui in beneficio Ecclesiastico ius acquisitum habet, altera persona quacunque eum iniuste vexante, vexationem istam pecunia redimere non prohibetur. (Ratio, qui enim habet ius spirituale

acquistum, is non dat pecuniam pro eo accipiendo, sed solum pro auertenda iniuria seu vexatione. Nam iniuriam pecunia redimi posse, constat ex libro 1. & 4. ff. de condi& ob turpem causam. Quod si tamen quis in beneficio ius plene acquisitum non habet, simoniam saltem iuris positivi committere censetur, offerendo tali personæ pecuniam, quæ per se ac directè eius promotionem impedire vult, si tamen per accidens v. c. impedit, cum ad ipsum non pertineat collatio beneficii violenter obstando, ne possessionem accipiat, Potest offerre pecuniam ad redimendam vexationem. Dixi ex iure positivo Ecclesiastico: Quia redimere vexationem ab eo ad quem spectat ius spirituale conferre v. c. si dem pecuniam præferantori vt non præferant mihi aliquem indigniorem; vel confirmatori, vt me legitimè electum per iniuriam non repellat: Huiusmodi pactiones censeri solent simoniacæ: Ratio, quia cum isti non tantum iniuste impedire, sed etiam iuste conferre possint aliquod ius spirituale beneficii, ideo quia dateis pecuniam vt non impediunt, quatenus collatores sunt, is censetur non merè vexationem, seu impedimentum remouere velle, sed directè viam sibi ad beneficium præcio comparare.

Simoniacum non est, neque illicitum offerre pecuniam electoribus, ne exequantur propositum personam indignam eligendi, ad redimendam enim vexationem, siue iniustum nocumentum Ecclesiæ id fit, quod si vnus solus dignus censeatur modo non intendatur propter ipsum dare pecuniam, censetur id per accidens esse.

Non est simoniacum in absolute vel dispensatione

M m m 4 tione

tione pecuniam exigere, non ut precium pro collata facultate, sed ut pœnam seu mulctam pro commisso peccato ad pias causas applicandum.

§. III.

De Divisione precij simoniaci.

25 **P**recium simoniæ diuidi solet in munus (debitum iustitiæ commutatione pœnam & onus aliquod) à manu, munus à lingua, & munus ab obsequio. Per munus à manu non tantum intelligitur pecunia, sed omnis alia res naturalis precio æstimabilis, v. c. si quis Episcopo propter beneficium, vel ordines collatos aliquod debitum remittat simoniacum est.

26 Per munus à lingua intelligitur laus, adulatio, preces pro aliquo interponendæ ex vi pacti expressi vel taciti, ut res aliqua spiritualis vicissim conferatur v. c. Commendabo te apud Principem, si Ecclesiasticum beneficium meo filio conferas. Secluso autem pacto explicito, vel implicito non est simonia precibus vel adulationibus beneficium impetrare: Ratio est, quia ad simoniam non sufficit dare rem spirituales ex motiuo rei temporalis v. c. propter amicitiam: obsequia, preces, sed opus est ut detur pro re temporali tanquam pro precio videlicet in compensationem illius vel ex iustitiæ obligatione.

Per munus ab obsequio intelliguntur quæcumque alia obsequia seu seruitia alicui præstita, vel præstanda sub obligatione conferendi beneficium Ecclesiasticum. Simonia non est, si Episcopus vel collator famulo beneficium conferat sine vilo pacto, dummodo famulus non sine salario intuitu, & cum

cum spe beneficii acquirendi beneficium quod per-
niciosum & scandalosum.

Neque simoniacum est conferre beneficium Ec-
clesiasticum propter amicitiam consanguinitatem
aut actualem iniuriam tollendam; Ratio, quia non
quævis conditio promissioni, aut dationi adiecta
facit contractum reciprocum, in quo simonia fun-
dari debet, sed solum si conditio vicissim afferat o-
mnis seu obligationem iustitiæ, per modum cuius-
dam commutationis. Nam qui puellæ v. c. dotem
promittit sub conditione, si nuptias celebrarit, si re-
ligionem professâ fuerit, is non censetur onerosum
contractum celebrare, sed gratis promittere qua-
cunque sub conditione, modo ob causam.

NB. Eademque ratione reciprocus aut simonia-
cus contractus non est dare clerico victum seu sti-
pendium sustentationis propter officium, adeoque
sub conditione, si spiritualia gratis ministrer, alio-
quin verò restituere stipendium debeat tanquam
datum ob causam causâ non securâ. Similiter licitum
& in Ecclesia consuetum est, donare vel legare
Ecclesiæ fundum vel aliam rem temporalem sub
conditione applicationis ad determinatum usum
pium v. c. ut dies anniuersarius celebretur, etiam ex-
presso, ut si talis conditio non seruetur reuocari pos-
sit donatio aut legatum.

Latro se obligans, quod in posterum nihil damni
iniuste illaturus sit, nouam obligationem contrahit,
pro qua precium validè accipiet; simili ratione non
est simoniacum dare vel resignare alicui beneficium,
exigendo tanquam conditionem, ut is cui resigna-
tur ab actuali iniuria cesset, tunc enim non imponi-
tur ipsi noua obligatio, sed solum exigitur per se ex

iustitia debitum est. Simoniacum est, si ideo detur beneficium, si beneficium accipiens debeat promittere, quod futuro tempore nihil damni iniusto collatori aut resignatori illaturus sit.

- 29 Per se loquendo, non videtur esse simoniacum conferre beneficium debitori iniustam moram trahenti sub conditione praesentis vexationis statimamouendae: Ratio, quia hoc casu mutuans non censetur mutuam obligationem imponere mutuatario, quando ea solum sibi dari postulat, quae ex antecedentibus pactis liquido debentur.

§. IV.

De re spirituali, quae est materia Simoniae siue merx.

- 30 **D**octrinam seu instructionem scientiarum naturalium pro mercede locare aut quasi vendere non est simoniacum, quia non est res sacra, spiritualis, seu ad salutem animae instituta & actio instructionis voce facta precio aestimabilis est, peccatum tamen est plus iusto modo indebito, videlicet collectas à scholaribus exigere, praeterquam si priuata instructione extraordinarium officium discipulis impendat. Nec simoniacum est, mercedem accipere pro doctrina Theologica, neque supernaturalis est ex parte principii, neque ex parte finis: Non principii, quia licet perfectus assensus Theologicus à fide supernaturali & infusa pendeat, ipsa tamen doctrina discursiua, quatenus discipulo proponitur, omnino naturalis & acquisita est, à supernaturali fide per se ac necessario dependeat, quod & argumento colligitur: quod etiam haereticus & fide supernaturali destitutus vnus etiam dubitans

bitans de veritate doctrinæ Theologicæ, eandem tamen ex humana & acquisita peritia, suppositis reuelatis, & communiter creditis fidei propositionibus alios edocere possit. Non item ex parte finis, quia instinctio illa discursiua per se non ordinatur ad spiritualem animæ salutem, cum ex se non moueat pium voluntatis affectum, sed solum dirigat intellectum, ad discursum naturali facultate sua in propositis fidei reuelatæ propositionibus.

Pro Doctoratu & collata licentia docendi in 3 1
Theologia sine simonia aliquid tanquam precium exigi potest; quia publicæ eiusmodi approbationes & facultates diriguntur ad actus, qui per se spirituales non sunt.

Pro officio prædicationis aut exhortationis spiri- 3 2
tualis aliquid accipere vt precium operis, simonia est iuxta cap. 10. Matth. Gratis accepistis, gratis date: Ratio, quia verbum Dei est maximum donum spirituale ad animarum salutem per se ac principaliter institutum. Ludimoderatores tamen possunt aliquid accipere, quia Catechismus non solum cohortatorio iradere solent, sed sicut aliarum artium præcepta exercendo memorias, etiam pro consilio morali munus accipi potest, quia per se ac directè doctoralis instructio est.

Gratiæ gratis datæ, vt sanitates, prophetiæ, item 3 3
gratia sanctificans, & sacramenta nouæ legis atque sacramentalia omnia propriè sunt materia simoniæ.

Materia remota sacramenti, panis, vinum, oleum secluso scandalo, possunt vendi, sic dicit Sotus; Chrisma ratione materiæ posse vendi, si scandalum & suspicio Simoniæ absit, neque iustitia obliget

obliget administrandum, sed pro materia propinqua actione transeunte, ablutione & forma aliquid accipere est simonia, quia sunt actus potestatis spiritualis, qui nullam aliam nullitatem & æstimationem habere possunt, quam quod ex Christi institutione & quo ad animarum salutem conferant, quæ tota ratio spiritualis est.

- 34 Vendere S. Eucharistiam præsertim infideli aut venefico gravissimum scelus est. Iudas tamen non commisit simoniam propriè dictam. Quandoquidem Iudæis Christum vendidit tanquam hominem naturalem, sine vlla æstimatione sanctitatis, divinitatis, alteriusve spiritualitatis. Quare licet non tantum iniustitiam, sed etiam sacrilegium gravissimum commiserit, non tamen propriè simoniam.

NB. Vendere materiam rerum sacrarum (v. c. vasorum, numismatum benedictorum, vestium sanctarum) secundum se precio æstimabilem, non est simonia.

- 36 Pro iure sepulturæ aliquid accipi potest, si sponte offeratur, item vigore consuetudinis, non veluti precium, tunc enim esset simonia.

NB. Loca & subsellia in Ecclesiis pro pecunia locare licet, deputatâ fabricâ.

- 37 Materialia Ecclesiæ imò ipsam Ecclesiam in necessitate æstimando saltem expensas, quæ in ea factæ sunt, item obligatio certum locum præbendi in Ecclesia ad sepeliendum precio æstimabilia vendi possunt, dummodo consecratio seu spiritualitas non æstimetur utpote accidentaliter tantum annexa.

- 38 Officia diuina & quæuis orationes etiam private sine vitio simoniæ non possunt venire in commutationem pro re temporali, seu precio æstimabili,

quamuis nihil obstat, quominus aliquid petatur pro processione, gestatione crucis, pro officio funebri, non per modum precii, sed ratione laudabilis consuetudinis.

NB. Cum pauperibus pecunia datur ea lege, ut orent secundum intentionem dantis, interpretandum est per modum stipendii, quale etiam sacerdoti datur, ut pro certa causa sacrificet.

In susceptione monialium aliquid recipi potest, 39 tanquam dos ad praesentem sustentationem; necessaria si monasterium inops, si diues simonia iure Ecclesiastico, sed consuetudo contraria damnari non potest. Alioquin pro susceptione ad statum religiosum nihil accipi potest, quia status religiosus spiritualis est. Dos potest accipi ad eum modum, quo accipitur in matrimonio carnali, in quo secernitur spiritualitas ab onere alendi personam quod temporale. Quod si sponte & liberaliter aliquid offertur ab ingrediente religionem, licitum est propter consuetudinem introductam, si fiat sine pactione.

Omnis actus Iurisdictionis Ecclesiasticae materia 40 simoniae est, quia sicut potestas Ecclesiastica spiritualis est, tum ratione principii, tum ratione finis; ita etiam actus ab ea procedentes. Quare simoniacum est, precium accipere pro absolutione, praesentatione, dispensationibus. In visitationibus tamen potest exigi moderatus victus. In votorum dispensationibus & iuramentorum apud sedem apostolicam per modum stipendii applicandi officialibus moderatum aliquod peti & accipi potest: Et licet propter speciem & suspensionem simoniae facti Canones id prohibeant, tamen summus Pontifex eiusve legatus his non ligatur, utpote ex iure tantum

tumpositiuo, prouenientibus. Quod si per consuetudinem etiam in Episcopatu aliquod accipitur, simoniae criminis damnari non poterit. Consultum tamen esset, abrogare tales consuetudines maxime, quoad munera in collatione ordinum, prohibent enim Canones seuerè & Concil. Trident.

- 41 Labor corporis, qui in spiritualibus officiis per se exercendus est, secundum specificam rationem aestimari non potest; Nam labor corporis non est precio aestimabilis nisi in ordine ad opus, cuius causa suscipitur. Si ergo opus spirituale, ideoque inuendibile est, neque corporis labor per se intrinsece necessario requisitus, vendi aut precio aestimari potest. Veruntamen qui per accidens coniuncti sunt labores, molestiae, impensae, ea in compensationem venire possunt. Considerato etiam illo, quod ministri in spiritualibus occupati sint in gratiam fidelium ac proinde illis ex iusticia debetur aliquid, non ut premium, sed ut sustentatio vitae.
- 42 Non enim debent esse deterioris conditionis, quam alii operarii proinde pro ministerio non datur proprie premium operis alioquin tanto plus deberetur, quanto dignius ministerium esset, sed datur stipendium pro sustentatione personae operantis.
- 43 Omissio iuris spiritualis seu Ecclesiasticae potestatis v. c. si minister pecuniam accipiat, ut non sacrificet, est materia Simoniae, si scilicet accipiat pecuniam non precise, ac pure, quia opus spirituale in gratiam alterius committit. Sed tanquam in compensationem iacturae fructus spiritualis, quem ex opere sacro v. c. sacrificio accipere posset. Alioquin si omissio mera & pura sit nullumque spirituale affectum moraliter pariens, non est aliquid spirituale, consequenter nec materia simoniae.

§. V.

De Simonia, qua committitur in beneficijs Ecclesiasticis.

Simonia commissa in beneficijs Ecclesiasticis videtur esse contra ius diuinum, quia stipendium beneficii Ecclesiastici non potest esse neque concipi sine iure spirituali exercendi officium utpote sibi inuicem ita connexa, ut non nisi ob illud spirituale officium alicui competere possit, & consequenter si alicui vendatur ius beneficialium prouentuum, vendi illi etiam ius spirituale exercendi officium: Alia ratio est de calice consecrato vendito, utpote cuius materia suapte natura non pendet ab annexo spirituali ac proinde secundum se non æstimato spiritualiter vendi potest. Locutus autem sum de prouentibus Ecclesiastici beneficii formaliter, & in sensu composito, id est quamdiu prouentus per auctoritatem Ecclesiasticam, nec re nec virtute à spirituali munere separati sunt, sed iuxta primæuam institutionem & naturam, debentur, tanquam stipendium sustentationis pro spirituali munere.

Nam aliàs certum est, prouentus beneficiorum à titulo spirituali per summum Pontificem separari posse, eosque vendi atque absque simoniæ vitio. Implicitam seu virtuales separationem vides in hoc exemplo. Si Papa conferat alicui beneficium Ecclesiasticum, reformata sibi annua pensione, seu portione reddituum, eamque pensionem à titulo spirituali separatim à statim ab initio vendat beneficiato, ita ut aliter illi nolit gratiam beneficii facere, nisi in redemptionem pensionis consentiat non erit simonia; sicuti neque usura est, si alicui nolis mutuare pecu-

pecuniam, nisi is vicissim tibi statim mutuare aut vendere velit triticum, sicut dixi lib. 3. Tract. 4. de iust. n. 3. Simile quiddam est, si Parochus à sacerdote pecuniam exigat, propterea quod ipsi licentiam det in parochia stipem lucrandi celebratis missis, Simonia est, cum enim stipis detur propter sacrificium, eo ipso, quod licentia accipiendæ stipis venditur, etiam ius sacrificandi venditur. Si autem parochus, qui propter onera & administrationem parochiæ, quæ ipsi incumbit, iustæ aliquam stipis partem aut oblationis de sacrificiis cooperatoris sui capere potest, cum eodem paciscatur, ut proportione sibi competente in singulos annos certam pecuniæ summam numeret, non erit hæc pactio simoniaca sed iusta venditio.

- 46 Annatam seu fructus primi anni (solentes assignari ad Ecclesiasticum aliquem usum) ex beneficio spectato iure communi solus Pontifex sibi deposcere potest, ex plenitudine potestatis: sed per consuetudinem etiam Episcopi, Concil. Trid. non est receptum quoad auctariam constitutionem.

NB. Simonia est si pro ipsa collatione aliquid exigat quippe quæ spiritualis muneris actus.

Pensiones laicales utpote separatae à spirituali titulo, licitæ venduntur, sed Clericales sine simonia emi aut vendi non possunt, utpote fundatae in spirituali officio; Pensionarius tamen retenta obligatione sui spiritualis officii ipsas temporales pensiones seu fructus alicui ad vitam vendere potest.

- 47 Pensiones mixtae, id est, quæ clericorum propriae sunt, sed non ob sacrum ministerium assignatae, sed solum ob senium infirmitatē, licet compositionem emi non possunt, quia clericales pensiones similitudinem

linem cum beneficiis gerunt; Vnde stylus Curiae Rom. damnat eiusmodi venditiones tanquam simoniacas, possunt tamen redimi, quia redimere non est emere aliquod ius spirituale, sed extinguere onus seu obligationem temporalem soluendi annuatim certam summam pecuniae aut fructuum, dummodo talis redemptio non sit non ita instituat, quasi per eam extingui debeat spiritualis obligatio remittendi officium B. Virginis: tunc enim simonia committeretur secundum stylum curiae.

Non est simoniacum Vicario munere onus redimendum dandum principali cum pacto voluntarie ab ipso acceptando, ut in ingressu annuatim soluat etc. si capitulum vicario parochi seu Ecclesiae collegatae annexae relinquat omnes proventus, ita tamen ut ex his copiosis proventus 100. aureos quantumvis capitulo solvere teneatur, simul etiam aliud pactum ineat cum vicario, ut statim, si velit, redimat onus totius pensionis 500. aureis: quia hic non est materia spiritualis, sed res merè temporaria, quae redimitur. Debet tamen Vicarius beneficium primò purè esse collatum sine tali obligatione, alias erit simonia.

Permutatio beneficiorum si propria pactione fiat sine Episcopi autoritate, irrita est, & simoniaca ob Ecclesiasticam iuris prohibitionem, imò permutans meretur beneficium amittere, sed per iudicis sententiam. Spectata tamen rei natura talis permutatio simoniaca non est, quia est spiritualis cum spirituali, sed propter periculum simoniacae intentionis prohibitum est, possunt tamen partes inter se prius tractare de permutatione sed cum conditione relata in consensum Episcopi.

Nnn Omnis

5 1 Omnis permutatio rei spiritualis cum altero spiri-
rituali habente annexum temporale, simoniaca est,
idque propter periculum, atque suspicionem ne id
fiat intuitu rei temporalis, adeoque per rem tem-
poralem comparetur ius spirituale.

Permutatio beneficii cum portione aut pensio-
ne praestimoniali in titulum beneficii recta est si-
moniaca quia tale praestimonium vere beneficium est.

5 2 NB. Episcopus approbare potest permutatio-
nem beneficii cum pensione clericali quod non est
beneficium, non quidem ordinarie, sed in causa
speciali alicuius necessitatis potest v. c. ob senectutem
aut infirmitatem clerici, si clericus beneficium pu-
re resignet in manus Episcopi, petens sibi suppeditari
sustentationem: Nihil obstat, quin Episcopus
tale beneficium pensionario alicui conferre possit,
eiusque pensionem, si iam vacare incipiat, alteri illi,
qui beneficium resignauerat tribuere.

5 3 Expensae quae de iure faciendae sunt in permuta-
tione beneficiorum in pactum deduci possunt pro-
pria autoritate, sed non aliae.

In permutatione beneficiorum inaequalitas fructuum
pecunia vel pensione annua ex pinguiori beneficio
detracta compensari potest interueniente autoritate
Papae non ite Episcopi: Excepto casu extraordina-
rio necessitatis. Est simonia propria autoritate.
Etiam cum autoritate Episcopi, sine necessitate in
permutatione beneficiorum, fructuum inaequali-
tatem pecuniam ex pinguiore beneficio detractam
compensare. Ratio, quia fructus siue redditus bene-
ficiales ita annexi sunt spirituali titulo, ut nemini
deberi possint, nisi spiritualis praestiti officii, conse-
quenter, qui redditus beneficiales emit, ipsum titulum

lenti seu ius beneficii emere conuincitur. Quare
 necesse est reditus à spirituali titulo separari ante cō-
 mutationem: Cum autem Episcopus iure ordina-
 tio non possit separare, etiam non poterit talem
 permutationem cum tali conditione approbare. 55

Transactio differt à compositione amicabili.
 Transactio enim dicitur, cum in lite dubia aliquid
 remittitur altero retento, aut vicissim petito, amica-
 bilis compositio autē est pactū seu remissio gratuita. 56

Orta lite beneficiaria possunt eam partes amica-
 biles inter se componere v.c. si vnus sponte & gratis
 suo iuri cedat, litēq; deserat, etsi nihil obstat, quomi-
 nus postea donū ex gratitudine sibi oblatū accipiat.

NB. Transactio simoniaca est. in qua ex vna par-
 te beneficium Ecclesiasticum, ex altera verò pars
 temporalis datur: Ratio, quia transactio est recipro-
 cus contractus & species quædam commutationis.
 Spiritualia autem cum temporalibus commutari nō
 possunt sine vitio simoniæ.

Transactio in aliis rebus spiritualibus præter be- 57
 neficia fieri potest inter partes sine interuentu rei tē-
 poralis v.c. si cōtrouersia orta sit inter Prælatos de iu-
 risdictione spirituali, transactionem facere possunt,
 diuidendo loca vel actus iurisdictionis. Nam trans-
 actio est species quædā permutationis, spirituale au-
 tē cum spirituali permutari nō prohibetur. Materia-
 lia ornamentorum secundum se permutari possunt
 sine ordinē ad rem factam ipsis annexam.

Omnia pactio in Ecclesiasticis beneficiis, quæ 58
 propria autoritate fit, tanquam simoniaca damna-
 tur iure Ecclesiastico propter periculum & suspicio-
 nem intentionis simoniacæ.

Episcopus & iudex delegatus parti litigandi per mo-
 dum

dum transactionis adiudicare possunt pensionem annuam in compensationem expensarum vel ad vitæ necessariam sustentationem, & in bonum pacis & concordiae, quæ ipsi etiam transigenti utilis est, adeoque precio æstimabilis.

- 60 Ius Patronatus videtur esse materia simoniæ spectato iure diuino, quia est secundum se quid spirituale, quia nihil repugnat, ut vnum & idem sit spirituale & annexum spirituali: Nam sic vasa & vestes consecratae spiritualia sunt principaliter propter habitudinem ad sacrificium & sacramenta, ad quæ antecedenter ordinantur, sicut ius patronatus ad beneficium Ecclesiasticum, & tamen ipsæ etiam sacre vestes & vasa secundum se spiritualia censentur propter Ecclesiæ institutionem, & consecrationem, & quia talia vendi aut precio æstimari non possunt, sine vitio simoniæ aduersus ius diuinum supposita Ecclesiæ illa institutione. Quare simili modo si ius patronatus Ecclesiastica potestate institutum, secundum se vendatur, aut fundus cui tale ius annexum est illius ratione plurius æstimetur, committitur simonia aduersus ius naturale & diuinum, quia venditur id, quod per se ac intrinsece spirituale est, siue consideretur ratione principii à quo promanat, quæ est Ecclesiastica potestas, per quam etiam beneficia instituta sunt siue ratione proprii actus, quæ est presentatio & beneficium spirituale, per quam ipsi presentatio potentia siue ius saltem passiuum acquiritur, ut ipse ad beneficium institui possit, atque etiam debeat, si idoneus est.

§. VI.

Quotuplex sit simonia.

Simo-

Simonia alia est ex iure naturali (ex natura mala) 61
 Alia (quæ ex natura rei simonia non est) ex Ec-
 clesiastica tantum consuetudine est, quæ iterum du-
 plex: Vna, quæ versatur circa materiam, quæ neq-
 in se, neque proxima habitudine, aut intrinseca de-
 pendentia, sed solum remote vel accidentaliter rei
 spirituali annexa est, cuiusmodi annexio & habitu-
 do nõ sufficeret ad simoniam spectata rei natura nisi
 Ecclesiastica constitutio accederet, hac ratione solo
 Ecclesiastico iure prohibitum est, ne pro oleo vel
 chrismate aliquid exigatur, quamuis alioquin spe-
 ctata res naturalis simonia non sit, materiam rei spiri-
 tualis precio secundum se æstimabilem vendere.

NB. Venditio sacrorum vasorum & iuris patro-
 natus diuino iuri aduersatur: item venditio reditu-
 um Ecclesiasticorum beneficiorum.

Officia quædam Ecclesiæ, quamuis circa res tem- 62
 porales v. c. Archidiaconi, Custodes, Primicerii, seu
 Magistri chori, Ecclesiastico iure vendi prohibeat
 propter seruandum Ecclesiæ decorem & incommo-
 da vitanda, quæ sequerentur, si ramen talia officia
 etiam in laicum cedere possunt; Alii dicunt, quod
 possint vendi functiones talium officiorum certum
 esse posse vendi pro precio.

Officia secularis potestatis vendere per se qui- 63
 dem iniustum non est, sed non est consultum, quia
 re publ. perniciosum; Quia hac ratione inepti ho-
 mines ac publica munera assumuntur.

Papa potest simoniam incurrere contra ius na- 64
 turale ac diuinum, vtpote perinde ac alii naturali-
 bus ac diuinis legibus obligatus, sed non potest iu-
 dicari ab hominibus propter simoniam, nec pænas

Nnn 3 seu

seu censuras incurrit, quia ipse à nemine iudicatus est, nisi deprehendatur à fide deuius.

- 65 Officiales in curia Rom. non minus quam aliorum Prælatorum ministri simoniam committere possunt, si pro data aut promissa pecunia, aliquid spirituale imperrent: Ratio, quia si intercessori vel laudatori precium detur propter beneficium impetrandum emiur quodā modo & æstimatur ipsum beneficium, & intercessor mouet collatorem mortaliter causans collationē: si tamē aliquid detur officiali pro præbendo aditu, vel pro labore accidētaliter cōiuncto, sæpius eundi & de eundi ad collatorem non erit simonia, idq; si per modū stipendii accipiatur.

- 66 Simonia solo Ecclesiastico iure introducta, est peccatum irreligiositatis ac sacrilegii, sed nō propriè peccatum simonia: quia non reperitur ibi reciproca & onerosa commutatio, licet esse possit pactio irreligiosa & sacrilega propter Ecclesiasticæ legis prohibitionem.

- 67 Simonia alia est mentalis ex sola intentione & affectione v.c. si aliquis rem spiritualement alicui conferat, quasi eam ex iustitia debeat, pro obsequio v.c. temporali ipsi exhibito, licet nulla nec expressa nec tacita pactio intercesserit, & vicē versa, si aliquis rem temporalem alicui conferat, quasi ex obligatione iustitiæ eam debeat pro re spirituali sibi ab altero collata, nulla profus antecedente pactio. Alia est cōventionalis simonia, & dicitur; quæ in pactioē mutuum expressam vel tacitam transit, sed reali traditione seu executione nondum consummata est. Alia est simonia cōventionalis mixta, cum vel traditio

rei temporalis siue precii tantum facta est, nondū tradita re spirituali, vel vice versa: traditio rei spiritualis sacra est, nondum traditio precio temporali.

NB. Qui fictè promittit dare rem temporalem pro spirituali sine animo obligandi, is non scōmittit simoniam conuentionalem, quia non est conuentio sine consensu in obligationē, qui vero deceptus dat spirituale pro re temporali mentali solum simonia delinquit, propter quam nulla pœna incurritur, quia non satis proditur, vt de illa iudicari possit.

§. VII.

De pœnis Simonie.

Pœnæ simoniacis decretæ, intelligendæ sunt, si 68
simonia ex vtraq; parte per traditionē completa sit. Ratio est, quia pœnæ tam graues strictè interpretationis esse debent, vt cum decernuntur propter aliquem actum peccaminosum. intelligantur de actu omnino completo.

Nulla simonia iuris pœnam ipso facto inducit, nisi 69
si ea, quæ est in Religionis ingressu, ordine ac beneficio Ecclesiastico.

Rarò propter datum aliquod in ingressu religionis 70
etiam virosimonia vitium incurritur, & non nisi secuta professione idque propter diuturnam consuetudinem talem exactionem cohonestantem.

NB. Cum Canones collationes beneficiorū si-
mone factas irritas esse decernunt, strictè interpretandos esse, vt non comprehendant monachatum.

Propter simoniacam collationē & susceptionem 71
ordinum etiam primæ tonsuræ incurritur excommunicacionis & suspensionis censuræ Papæ reseruata.

- 72 Propter simoniam realem & completam in beneficio Ecclesiastico contrahitur excommunicatio Papæ reservata, & electio, Præsentatio, confirmatio irrita est, nihil obstante, quod electus prouisus, &c. id ignorauerit, excepto si in fraudem pecunia data fuerit vel si ille expresse contradixerit.
- 73 Simoniacè electus aut prouisus inhabilis efficitur, quominus per dispensationem Episcopi idem beneficium consequi possit.
- 74 Beneficium simoniacè obtinens aliis beneficiis ipso iure non priuatur, neque inhabilis fieri videtur ad alia obtinenda ante iudicis sententiam.

§. VIII.

De Simonia confidentialia.

- 75 **S**imoniam confidentialis quatuor sunt modi: Primus dicitur Accessus, habetque locum in eo, qui ad beneficii Ecclesiastici prouisionem concurrat eligendo, præsentando, aut confirmando, si id agat cum certa confidentialia, uellicet pacto aliqua interueniente, ut beneficium postea ipsemet, vel alteri v. c. nepoti ipsius resignetur. Secundus dicitur, Regressus, habetque locum in eo, qui renunciat beneficium in fauorem alterius, cum certa confidentialia quod postea tempore conueniente a ipsum renunciantem, vel aliam personam v. c. cognatum eius idem beneficium repressum sit. Tertius modus est, Ingressus, si aliquis beneficium sibi collatum sed nondum possessum renunciet eâ confidentialia seu pacto, ut postea eius possessionem iterum ingrediatur, si is, cui resignauerat, mortuus fuerit, vel Episcopus v. c. factus. Quartus modus locum habere potest, tam in renunciante, quam conferente, si illud

Illud alicui obuenire faciant cum pacto, vt ex eo pensio, seu pars reddituum ipsi renunciati aut conferenti vel alteri personæ pendatur.

Simoniæ confidentiali plures pœnæ canonicæ 76 decretæ sunt. I. Episcopi & alii Prælati superiores interdictum ab ingressu Ecclesiæ, Inferiores autem pœnam excommunicationis sede Apostolicæ reseruatæ incurrunt.

II. Resignatio vel Collatio beneficii, in quo talis Simonia committitur irrita est, & prouisus inhabilis fit ad idem beneficium postea obtinendum, non tamen perdit ipso iure, quia renunciatio nulla est.

III. Inducitur Priuatio omnium beneficiorum ac personarum prius obtentarum, non tamen in conscientia per ipsum reum exequenda ante iudicis sententiam.

Mediator simoniam non incurrit censuram nisi 78 simonia ab vtraque parte tam accipientis, quam dantis completa sit.

§. IX.

De restituendi obligatione propter simoniacè accepta.

Qui simoniacè vendit, tradit rem spiritualem, in qua nullum temporale ius, vel commodum habet, acceptum precium restituere debet danti: Ratio, quia accipiens temporale precium pro re spirituali alteri communicata lædit iustitiam commutauam, non quod Ecclesiæ ministri non sint domini spiritualium charismatum & res spirituales precio æstimabiles non sunt, ergo debet parti læsæ restitutionem facere,

Nnn 5 Sicuti

80 Sicuti in usura non est titulus transferendi domini-
nium, ita nec in simoniaca pactione.

81 Regula illa, si turpitudine sit tam ex pacto dantis,
quam accipientis, restitutio Ecclesiae vel pauperibus
fieri debet, ad forum externum non internum con-
scientiae spectat: Ratio, quia nulla lex Ecclesiastica
afferri potest, quae ante omnem iudicis sententiam in
conscientia obliget, ut acceptum simoniace ad pios
usus conuertatur quamvis hoc ipsum à Iudice in pro-
nam delicti iustissime decernatur.

NB. Qui simoniace aliquod temporale tanquam
precium pro administratione sacramentorum acci-
pit, tenetur ad restitutionem, nisi ipsi alter condo-
net. Dico tanquam precium spiritualitatis, quia si al-
iquid accipiat tanquam stipendium vitae, non tenetur
ad restitutionem, nisi post iudicis condemnationem,
si aliquid acceptum fuit, in casu quo id lex Ecclesi-
stica prohibet. Imò etiam spectato iure naturali mi-
nister, qui ratione officii ac decimarum ex iustitia
obligatus est sacra mysteria fidelibus praestare, si
praeterea aliquid indebitè exigit, eisdem restituere
tenetur.

82 Qui simoniace vendit rem spiritualem, in qua al-
iquid temporale ius seu commodum habet, is pre-
cium spectato iure naturali retinere potest ante con-
demnationem: Ratio, quia licet venditio eiusmodi
rei spiritualis habentis annexum commodum tem-
porale simoniaca sit, tamen non est iniusta, si tem-
poralis commoditas quae in alterius gratiam dimitti-
tur, iusto precio compensetur. v.c. si quis Ecclesia-
sticum beneficium alteri simoniace vendat.

83 Qui ius Patronatus simoniace vendit, non obli-
gatur ad restitutionem rei acceptae. Nam licet ius pa-
trona-

patronatus simpliciter spirituale sit, eiusque proinde
 venditio simoniaca, non tamen iniusta, si attenda-
 tur ad temporalem commoditatem v. c. honorē, qui
 secundum se precio quodāmodo estimari potest, quā-
 vis irreligiose eo quod in iure spirituali fundatus sit.

DD. consentiunt in hoc, quod qui precium acce- 84
 pit pro renunciatione beneficii ante omnem iudicis-
 sententiam restituere tenetur, idq; lege Ecclesiastica
 (statuente, vt beneficia gratis dentur) supposita
 tamen lege naturali. Et satisfacit simoniacus, si dan-
 ti restituat, quia nulla lex Ecclesiastica afferri potest,
 quæ diserte præcipiat, Ecclesiæ restituendum esse
 ante sententiam, quod si verò is, cui restitutio fie-
 ri deberet, libere remittat, cessat omnis obligatio
 restituendi.

Vtrum restituto precio simoniacè dato etiam res 85
 spirituales vicissim reddi debeat, varia consideratio
 est. Nam si reciproca traditio siue commutatio si-
 moniaca tantum fuit, nō item iniusta, tunc sicut pre-
 cium retineri potest, vsq; ad iudicis condemnationē,
 ita & res, quæ pro precio data fuit, puta officium tē-
 porale Ecclesiæ, ius patronatus, pensio clericalis quæ
 in titulū beneficii non erecta, propterea quod nul-
 lum ius Ecclesiasticum extet, quo horum venditio si-
 moniaca etiam irrita censeatur. Deinde precium
 simoniacè acceptū si sit pro re transeunte v. c. ordi-
 natione, vel alterius sacramenti collatione; tunc li-
 cet eavalida sit secundum omnes, nihilominus tamē
 precium restituendum est. Quod ad sacras res per-
 manentes attinet officia v. c. Ecclesiastica sacra va-
 sa, reliquæ, quando in eorum commutatione ipsa-
 met spiritualitas æstimatur. Et quidē de Ecclesiasti-
 corum beneficiorū collatione, electione iam supra
 dictum

dictum est, irritas esse si per simoniam fiant, ideoque beneficia retineri non posse, sed vna cum fructibus relinquenda esse. Quod verò attinet ad alias res sacras permanentes distinguendum est: Vtrum in iis quidquam spirituale est, tanquam principale se habeat, an verò tanquam accessorium ad prius membrum pertinere videatur, vasa, vestes sacratae, quae si carius vendantur propter spiritualem consecrationem excessus precii restitui quidem debet, sed contractus validus est, quia vtile per inutile non debet vitari. Ad alterum membrum pertinent reliquiae, quae si vendantur ratione spiritualitatis, contractus irritus est, ideoque restituto precio etiam restituendae videntur reliquiae, tanquam datae sub conditione acquirendi precii. Sed hæc sufficiunt, adeoque finem imponimus huic libro de materia Religionis, ex animo optantes, vt omnia ad Dei optimi gloriam cedant, Amen.

LIBER QVINTVS.

TRACTATVS I.

De Sacramentis in communi.

C A P. I.

De notione nominis Sacramenti.

INter varias sacramenti, à sacro deriuati, acceptiones (pro mysterio siue re arcana, Sap. 2. Pro- uerb. 20. Matth. 13. Ephes. 1. 1. Corinth. 13. pro signo rei latentis, siue sacrae Daniel. 2. Apocalip. 17. Ephes.